2872. **Polidori Valerii**. Tractatus de expulsione Daemonum quae prima pars est practicae exorcistarum. Patavii 1587 (*segue*) **Polidori**. Dispersio daemorum quae secunda pars, cum probatissima remedia, continens applicanda ad maleficia et daemones de Christi fidelibus expellendur. Patavii 1587 in 8 leg in perg. » 12

Prezioso esemplare tutto corretto e postillato del tempo.

C

Repulsio tepestatis 172

Domus a demonib[us] vexata. 163.

Aliquando magis no obediendo madatis. 8.

CORNELL
UNIVERSITY
LIBRARY

ps. Exurgat Deus 37 i fine.

1. Psalmus 66. Deus misereatur nri pag. 21.
2. ps 88. Misericordias dni i eternu. 44
3. ps 103. Benedic aia mea dno. 53.
magnificat aia mea dm. 63.
ps. 90. Qui habitat 73
ps. 3. Dne quid multiplicati sut 85
ps. 85. Inclina dne aure ma. 99
8 ps. 5. Verba mea aurib[us] 113.
9 ps. 109. dixit dns dno 127
X ps. 137. Confitebor tibi dne. qm audisti 138.

2872. **Polidori Valerii**. Tractatus de expulsione Daemonum quae prima pars est practicae exorcistarum. Patavii 1587 (*segue*) **Polidori**. Dispersio daemorum quae secunda pars, cum probatissima remedia, continens applicanda ad maleficia et daemones de Christi fidelibus expellendur. Patavii 1587 in 8 leg in perg. » 12

Prezioso esemplare tutto corretto e postillato del tempo.

Repulsio tempestatis 172

Domus a demonib. vexata. 163.

Aliquando magis no obediendo madatis. 8.

CORNELL UNIVERSITY LIBRARY

ps. Exurgat Deus 37 i fine.

1. Psalmus 66. Deus misereatur nri pag. 21.
2. ps. 88. Misericordias dni i eternu. 44
3. ps. 103. Benedic aia mea dno. 53.
4. magnificat aia mea dm. 63.
5. ps. 90. Qui habitat 73
6. ps. 3. Dne quid multiplicati sut 85
7. ps. 85. Inclina dne aure mea. 99.
8. ps. 5. Verba mea auribus 113.
9. ps. 109. dixit dns dno 127
x. ps. 137. Confitebor tibi dne. qm audisti 138.

modus, inquirendi maleficium. 1
Invocatio divini auxilii contra dem. 2
Ut ascedat ad linguam 26
Iuramentum dandi demoniis ad veritatem 30
praecipitur spiritibus ne recipiat auxilium. 23.
Stolla. 30.
forma iurandi demon. da. 30.
137 Malefitia 24 43.72.137 23 ½ 89.73. 104. 117. 132.
52. 84. 140
Exite, discedite, exite de capite &c. 137 73.43. 84
praeceptum spiritibus egressis faciendum. 140.
Ligatio spirituum qui in corpora remanserunt 151
Maledictio contra obstinatos demones. 152. 155.
gratiarum actio pro persona liberata. 159.
pro incubis et succubis. remedia 163.
Domus vexata a spirit 163.
Tempestatis repulsio 172.

ignis, grando, nix, glacies et spus procellarum 53.
persequar sequar vos inimicos meos — 84.
pereat gloria vestra. 90.
Anatimatizo vos. et iniuriose dicta contra diabolum 137
fugite exite 52 84 137 73.43. 140. 89. 90. 112. 127. 14
131

Oratio. 23. 87. 102. 116. 141.
oro. pater noster. 40. 49.
Aliaqui meis non obedie(n)do. 8.
Modus solvendi maleficium 1. nerti pag. 2

~~7440 P690~~

modus solvendi maleficium . . .

De sanctis nominibus Dei. 36.

De oib[us] sacris 43.

Sanctor[um] Angelor[um] . 53.

Mariae . 63.

Ex genis Dni nri Jesu C. 73.

Virtute sacror[um] 85.

sacramentor[um] . . . 99

Ecclesie dogmat. 113.

Trinitatis . 127.

Apuelipsis 138.

p. 93. Deus ultionum 34.

Witchcraft
BF
1559
P76

CORNELL UNIVERSITY.
The
President White
Library
RECEIVED 1891

tudine miserationum tuarum, quos diligis corripis
et quos recipis, pie ad emendationem coerces, te
invocamus Domine ut famulo tuo N qui in corpore
patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre
digneris, ut quicquid terrena fragilitate corruptum
quicquid diabolica fraude violatum est, unitati cor-
poris Ecclesiae membrum redemptionis annecte. Mise-
rere Domine gemitum, miserere lacrimarum eius, et
non habentem fiduciam nisi in misericordia
tua, ad tuae sacramentum reconciliationis ad-
mitte per Christum Dominum nostrum. amen. Ergo maled. etc.

Exorcismus

Exorcizo te petrum. infirmum, sed sacrosancti
batismi unda regeneratum, per deum vivum +.
per deum verum +. per deum sanctum +. per deum, qui te
suo pretioso sanguine redemit, ut fias homo
exorcizatus, ut effugiat, atque discedat a te
omnis phantasia, et nequitia diabolicae fraudis, omnisque
spiritus immundus adiuratus. per eum qui venturus est
iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.
Ergo maledicte diabole etc. asperg. aqua benedic.

## Modus solvendi malefitium.

Si aliquis per sua malefitia (maleficius vel malefica), incantationes
signaturas, facturas, aut ligaturas suas

uerbo, nutu, aut pacto, arte diabolica inito
uel aliquo alio malefitio huic creaturae dei
N. facto, te demum, et spiritus immunde ligauit super
eam, Christus filius dei uiui per sua pietate, et mi-
sericordiam te ab illo liberet et absoluat, Et ego
autoritate dei omnipotentis patris + et filij + et spiritus
sancti +. mihi ab ipso, et à sancta Catolica et roma-
na ecclesia tradita absoluo omnia illa malefitia
quibus hic teneris, et dissoluta esse decerno, et
tibi precipio, ut (illis non obstantibus) exeas destru
endo omnia uincula et malefitia intus uel extra
huic creaturae facta, etiam precipio omnibus spiritibus
immundis, qui ad instantiam aliorum demonum, seu
maleficiorum malefitia illa fabricauerunt, seu
conseruauerunt, tamen et conseruant, ut statim
et sine mora, non obstante quocumque pacto cum
malefico, seu malefica inito, sine mora de-
struat, et ab illo remoueat omnem malignam
suam fascinationem, et omne opus nefarium dia-
boli, et ministrorum eius. per uirtutem, et in
uirtute domini nostri Jesu Christi. qui propter magna
misericordiam suam uenit in hunc mundum, et in
carnatus est in utero beatissimae uirginis Mariae
ut homines perditos ad celestia reuocaret, quos

diabolus sua perversitate damnaverat, et causa
destruendi et expellendi omnia opera satanae, et ma
leficia eius ab hominibus, et condemnandi demones
in profundum inferni, et abyssi. Ecce crucem +.
Domini nostri Jesu christi. fugite et c. Jesus Mariae
filius, mundi salus et dominus. qui beatissimae Virgini
matrique matri suae felicem partum tribuit, sit
tibi clemens, et propitius nunc et semper in nomine patris

Oratio pro maleficiatis pluribus

Expelle Domine Deus omnipotens per virtutem tuam ab
hac creatura tua N. omnes maleficiorum vanitates, et
incursus demonum, et per hoc signum sanctae crucis +
Salvatoris nostri Jesu christi tolle potestatem tolle
impetum Satanae et angelorum atque maleficiorum eius
et ne permittas illos nocere huic creaturae tuae N.
memento Abraham, Isaac, et Jacob servorum tuorum et
miserere illi atque libera eam ab omnibus maleficijs
incantationibus, ligaturis, signaturis, et facturis sibi
arte diabolica, a quocunque malefico, vel malefica
factis, et redde illi sanitatem pristinam. per christum d. n. a.

Coniuratio pro maleficiatis.

In nomine sanctae trinitatis patris + et filij +. et spiritus + s.
Coniuro vos omnes Angeli tartarei tam absentes, quam
presentes, per eum qui vos eiecit de supremo celorum habi-
taculo, qui fecistis malum contra genus humanum, et
qui fabricastis, et conservatis malum et maleficium.

huic creature Dei N. à malefico seu malefica
procurati, vel aliquo alio modo illi inflicti
ut ubicunque illud sit positum statim, et sine mo-
ra ab illo loco amoveatis, et in virtute Dei om-
potentis illud destruatis in noie patris +.
Iterum coniuro vos + oes spus malignos, et demones
infernales, celestes, terrestris, igneos, aereos, et aquos,
et oes spus orbibus et spheris servientis, et in ipsis, et
in quocunque loco habitantes, ad vos et contra
vos proveniat potenter et fortissime oes coniuratio-
nes mee, et potenter vobis precipio, ac strictissime.
impo ex parte Dei omnipotentis, et sacre ac indivi-
due trinitatis patris + et filij +. et spus. sancti +. et
in virtute, atque potentia agni divini immaculati
qui potenter ambulat sup aspidem et basiliscum, qui
eternaliter conculcavit leonem, et draconem, et potenter
atque strictissime vobis mando, ut amota omni ob-
stinatione statim, et sine mora aliqua destruatis
et ad nihilum redigatis oia maleficia, et incantationes
ligaturas, signaturas, facturas, et omne opus nefa-
rium a quocunque demone, malefico, vel malefica
factum, in quocunque loco sit positum et a quo vis demo-
ne custodiatur, non obstantibus ligaminibus quibus hec
creatura Dei infirmatur. que oia per virtutem sacratissime
passionis Dni nri Iesu Christi, et per oia alia quibus li-
gari, et cruciari, et ad varias penas et tormenta

infernalia mitti potestis, uos cōstringo ꝛ cogo, ut sine ulla contradictione hec oia adimpleatis, alioquin ꝑ uirtutē eius qui orbem tremere facit, uos ad infernale suppliciū cōdēnabo, ꝛ in stagnū ignis, ꝛ sulphuris eternaliter ꝑcipitabo, ubi fumus tormētorꝫ uestrorꝫ ascendet in secula seculorꝫ amē.

Coniuratio. ꝑ maleficiatis.

Iterꝫ atque iterꝫ cōiuro uos + demones infernales inquacūqꝫ parte mūdi sitis ꝛ habitatis, quibus data ē potestas fascinādi, maleficiādi ꝛ ledēdi corpus istius creature dej N. ꝑ prem + ꝛ filiū + ꝛ spm + sanctū. ꝛ ꝑ jesū Christū filiū dej potētissimi, creatoris omniū, qui oia ex nihilo creauit: uos cōstringo, ꝛ cogo, ut nō habeatis potestatē cōseruandi quodcūqꝫ maleficiū, ligaturā, facturā, ꝛ incatationē arte diabolica a quouis malefico, uel malefica fabricatā, ꝛ illi inflictā; ꝛ uobis ꝑcipio ut nō obstante quocūqꝫ pacto tacito, uel expsso, in uirtute eiusdē dei omipotētis, oia maleficia destruatis, ꝛ ad nihilū illa redigatis. Quod si more uro bestiali ꝑceptis meis uobis in uirtute dei factis obedire cōtēpseritis, authoritate dnj nri. Jesu Christi, ꝑcipio lucifero, ꝛ oib9 spiritib9, ꝛ furijs infernalib9 ut contra uos insurgāt ꝛ irruant ꝛ in stagnū ignis ꝛ sulphuris uos ꝑcipitent, liget

ꝛ acrius, ac durius solito vos excrucient, ꝛ omnib⁹ penis uos affligant in secula sec. amē

Oro.

Dn̄e deus pater omnipotens, rex eternus, creator, rector, ꝛ moderator omniū seculorū, Rex omipotēs ꝛ immortalis, qui sedes super cherubim ꝛ seraphī, ut dissoluere, destruere, ꝛ annihilare ꝑ tua pietate, miā ꝛ benignitate digneris, oīa malefitia, ligamina, ꝛ incantationes, signaturas, facturas, fascinationes, ꝛ uias, ꝛ oīa opa diaboli, ꝛ ministrorū eius, huic creature tue facta, sicut destruxisti magica figmēta Janes ꝛ Mambri. ꝑ christū dn̄m nrum. amē.

hic aspgatur aqua bn̄dicta sup maleficiatu.

Coniuro uos oēs spūs celi rebelles, ꝛ demones infernales, ꝛ uos aereas potestates, ꝛ ṗncipes infernales, ꝛ uos oēs spūs speciales, ꝛ gn̄ales, de quocunq genere sitis ab Oriente, ab Occidente, à meridie, ꝛ à parte australi, ꝛ ex oīb⁹ partib⁹ mundi, ubicunq sitis, ꝛ habitatis, siue in igne siue in aere, siue in aqua, siue in terra, siue in oīb⁹ que ex quatuor elemētis sūt cōposita, ꝛ que in ipsis sūt uiuunt, ꝛ ꝑmanēt, ꝛ in quocunq loco, ꝛ parte mūdi sitis ꝑ uirtutē, ꝛ omipotētiā magni Dei omipotētis pris ✝ ꝛ filij ✝

et spiritus sancti · et per passionem, crucem et mortem
domini nostri iesu Christi uobis praecipio, ut per uer-
ba coniurationis meae, statim et sine mora aliqua
in uirtute ipsius dei destruatis omnia malefi-
tia, incantationes, ligaturas et facturas, et omne
opus nefarium diaboli huic creaturae dei N.
facta, ubicunque sint, et permaneat, siue in fu-
damentis domus sint, siue in ingressu domus,
in camera, aut in lecto, siue in edifitio, aut
pariete, in agro, uia, semita, horto, uel in par-
te aliqua positum sit, siue in uestibus et rebus eius
seu domus, aut in arbore, fouea, puteo, aut in
fluuio, seu in quocunque aliquo alio loco sit, et permane-
at, siue illud sit absconditum in statua aliqua
lignea, ferrea, aerea, aurea, argentea, uel positum
in iuncturis membrorum eius, uel illi datum sit in
cibum et potum, ex quacunque materia sit fabricatum
siue in cera, plumbo, auro, argento, lana, lino, uel
ex ossibus mortuorum, animalium quadrupedum, uo-
latilium, uel piscium siue in carta uirginea, si-
ue in herbis, uerbis, et lapidibus, et ex quacunque alia
materia, et re materiali illud sit fabricatum, a
quouis sit illud fabricatum, siue ille sit masculus,
siue femina, siue magus, siue sortilega,
siue sit mortuus, siue uiuus, siue sit chri-
stianus.

sive hebreus, sive gentilis, et infidelis, et illa ubi-
cumque sint, statim, firmiter, sine mora ad ni-
hilum redigatis, non obstantibus quibuscumque conditionibus
et pactis inter vos et maleficum, seu magam initis
ad ~~ledendum~~ molestandum hunc ~~famulum~~ dei N. quod si aliquis
demon, quicumque ille sit, ausus fuerit pre-
cepta mea illi in virtute dei facta contemnere
et illis non obtemperare, in virtute eiusdem dei
omnipotentis, et domini nostri Jesu Christi, precipio Lu-
cifero, Sathane, et omnibus principibus, et spiritibus
infernalibus, et omnibus inimicis ~~suis~~ suis, ut contra illum
insurgat, et in profundum inferni ipsum demergat
et ibi illum ligent, affligat, et excruciet, ac omnibus
penis infernalibus acrius, et durius solito cum
afficiat, et non sit illi adiutor, nec sit qui illum
adiuvet, et sit illi interdictus omnis locus, pre-
ter centrum inferni, ubi horribiliter, et acriter
crucietur, et ibi fumus tormentorum eius ascendit
in secula seculorum amen.

maledictio Coniuratio . 205 Fla

Iterum atque iterum novissime coniuro te demon,
adiuro ✠ et contestor ✠ in nomine et virtute, atque
potentia agni divini immaculati qui potenter a
bulat super aspidem et basiliscum, qui conculcavit

leone et draconem, et potenter, atque strictissime
exorcizo te + vilissimum, et perpetualiter damnatum
diabolum nequissimum magnum per virtutem illius qui
cunctos spiritus creavit ex nihilo, et per virtutem
Jesu Christi nazareni crucifixi judeorum regis. et per
virtutem omnium sanctorum ineffabilium potentissimorum
nominum scilicet hel + heloy + adonay + saday +
Soter + Emanuel + Sabaoth + Thetragramaton +
Alpha et omega + principium et finis + agios +
yschyros + otheos + Athanatos + agla + ychova.
+ homausion + ya + Iesus + Christus + messias +
Eloa + Eheye +. et per potentiam omnium istorum no
minum simul ineffabilium, et per virtutem omni-
potentis summi et excelsi dei celi et terre, et in
virtute omnium verborum que superius nominavi
cuiuscunque conditionis, et virtutis existunt, et quibus
tu nefandissime spiritus aliquo modo possis in
virtute dei coniurari, et constringi, obedire, et facere
quod ego volo, et quibus posses ligari, vel fugari,
vel cruciari, vel ad penas aliquas damnari, tu
nequissime spiritus serpens festinanter coniuratus, et
confusus discedas, et victus sine terrore omnium hic
existentium sine mora recedas ab hac creatura
dei N, ubicunque latitas, de omnibus capillis eius,
et de omnibus partibus ~~[illegible]~~ huius corporis et de toto

corpore

⁊ persona, ubicunque latitas tu sp̄us maledicte,
lupe rapacissime, ⁊ de o͠ib͛ pānis lineis, ⁊ la-
neis eius, nullum locū habias in ea, nec posse
aliquid sup̄ eā deinceps, nō obstāt͛ quibuscunq;
incantationib͛, cuiuscunq; cōditionis, ⁊ virtutis
existat, aut in verbis, aut in imagine, aut
in herbis, aut in plurib͛ imaginib͛, aut in
schedula aliqua; aut in quibuscunq; alijs liga-
minib͛ cuiuscunq; virtutis, ⁊ cōdictionis exi-
stant q̄b͛ huc venisti, ⁊ missus fuisti, ⁊ te-
neris maledicte diabole, ⁊ q̄b͛ posses habita-
re, ⁊ stare circa istud vas, ⁊ plasma dei quo-
cunq; modo, ⁊ quacunq; alia causa factū sit, ⁊
quotidie fieret in fauore tui, ⁊ subsidiū dia
bole ut tenearis huc, nō rediturus deinceps
nec tu, vel alter sp̄us diabolicus, cuiuscunq;
conditionis ⁊ virtutis existat ad eā creaturā
dei N. ⁊ in p̄fundū abyssi vadas sancti audito
verbo ibi p̄petuo cruciandus, ⁊ acrius solito,
sine lesione huius corporis, ⁊ om̄iū astantium,
⁊ eū sanū dimittas, ut erat ad eū venisti, ⁊
exinde nunquā exiturus usque in diē iudicij
cū o͠ib͛ tibi fauētib͛ autoritate dn̄i nr̄i Jesu
Christi, p̄ oīa que dixi, dicturus, ⁊ facturus in

in tuū detrimētū, et expulsionē ad laudem
omnipotētis dei. Et ego auctoritate dni nri
jesu Christi, p totā curiā celestē, cuiusq potē-
tiā, z per oia que supius nominavi, absol-
uo hunc famulū dei N. ab oib maleficijs,
facturasq, z ab oib incātationib que facte
sunt, z que quotidiē fiēt, cuiuscumq codi-
tionis, z virtutis existāt aduersus eū à dia-
bolo, z ab oib alijs spiritib malignis in no-
mine dni nri iesu Christi, sit amodo con-
fracta, z lacerata ois tua potentia, sicut Chri-
stus p mortē suā fregit portas inferni, z
amodo sit ligata p oia que dixi ois tua pote-
tia z virtus ô nequissime spus. qui indebite
habitas in ipso corpore. sicut Satanas ab An-
gelo fuit ligatus sic p potētiā que te de celo
pcipitauit, oia vincula, ligamina, z incā-
tationes cuiuscumq coditionis z virtutis exi
stant, subito z statim deficiat, z ad nihilum
deueniat. Et sicut sancta Maria virgo bea
tissima, z oes virgines dei gaudent cū Christo,
gla eterna, ita tu imediatè p nomē dnj nri
jesu Christi nazareni crucifixi judeorz regis, z in
virtute sue passionis recedas subito ab hac
creatura dei N. z vadas in pfūdū abyssi cum

signo crudeli, aut extinctionis luminis, absq[ue]
lesione ipsius, et omniu[m] astantiu[m], eo modo, et
ea co[n]ditione, ut saepius tibi sepe iniunxi
fractis p[er]iis o[mn]ib[us] tuis vinculis, ligaminib[us], et
incantationib[us] no[n] obstantib[us] illis tuo recessui.
Et audi sp[iritu]s nequissime nunc et deinceps no[n]
audeas stare nec p[er]manere in isto vase et
plasmate Dei, ubicu[m]q[ue] latitas, siue intus, si-
ue extra p[er] virtute[m] omniu[m], que nominaui
tibi potent[er] p[rae]cipio, et strictissime mando, au-
toritate D[omi]ni n[ost]ri Jesu Christi. fuge, fuge, fuge,
vilissime et rebellis Dei et suoru[m] nominu[m],
et omniu[m] verboru[m] sanctoru[m]. Da locu[m] durissime,
da locu[m] impijssime, da locu[m] Jesu Christo, recede
subito vilissime sp[iritu]s, et no[n] sit qui tibi obe-
diat, nec faueat. Alioqui in stagnu[m] ignis,
et sulphuris te p[rae]cipitabo eternaliter co[n]cremandu[m],
et co[n]denabo te strictissime usque in die[m] iudicij
et te maledica[m] potent[er], et terribiliter, et anathe-
matizabo, et te strictissime ligabo in infernu[m]
i[n]ferriore, ubi nulla erit tibi requies in eternu[m].
Ueh tibi maledicte et vilissime sp[iritu]s, recede
nequissime adiuratus p[er] tot, et tam sacratiss[im]a
verba durum e[st] tibi contra stimulu[m] calcitrare

& Christo velle resistere, quia quanto tardius
exis, tantò maius tibi supliciũ crescit, qm nõ
hoiem cõtemnis, sed cũ qui est rex regũ, &
dñs. dominantiũ, qui venturus est iudicare
vivos & mortuos, & te persecutor gētiũ & oēs.
demones & seculũ p ignē. Sancta trinitas
pater, & filius, & spūs. s! vera maiestas te
diabolũ statĩ fulminet usque in inferiorē
locũ inferni nunquã ad hunc famulũ suũ
rediturus. Exi seductor, exi scelerate, fuge
miserime fuge latro qa iudex adest iratus,
adest cõtra te iudiciũ Iesu Christi nazareni cru-
cifixi. Urgeat ergo te dñs. nr̄ Iesus Christus.
Dei filius. Urgeat te Angeli dei, Urgeat te
Archangeli, urgeat te patriarche & pphete,
Urgeant te Apli & Euangeliste, Urgeant te
martires, Urgeat te Confessores. Urgeat te vir-
gines, urgeat te oēs. sancti & electi dej, desi-
ciat ergo oēs artes & insidie tue in dies, &
oib horis. Reddite ergo ò ribelles dei fortitu-
dine, reddite anime sanitatē, nõ tetetis, nec
morti tradatis: nõ in cella, nõ in puto, nõ in
locis ubi habitat, nõ supuemiatis vigilãti nec
dormienti, nec ei noceatis, neq voce suffocetis,
nec ĩpediatis qrẽtẽ vitã eternã. Alioqui.

Alioqui meis nō obediēdo mādatis, imo verius Dei, cōdēno te sine uos eternaliter usq ad ultimū ~~inferni~~ pfūdū. penesq ūre. semp augeatur ~~decies~~ cēties cētena millia, & millies millia milliū, & decies millies cētena millia, ~~& decies cētena millia milliū~~. plusquā pene corꝫ qui in imo baratro cruciātur. Jterū sub pena mittendi uos in stagnū ignis & sulphuris eternaliter, de cuius ore exeat gladius bis accutus, & deuoret uos, ppetualiter quēadmodū imparuit deus fieri in illo turpissimo loco. Coniuro etiā sub penis supradictis, & cēties cētena millia, & millies millia miliū, & decies millies cētena millia, ~~millia~~ sēp adiungēdis, impo nō mea uirtute, aut autoritate, sed noīe ipsius qui te de celo pcipitauit ob supbiā tuā, oībꝫ principibꝫ, & magistris ūris. ac etiā oībꝫ inimicis ūris, qui habet sup uos autoritatē, ut nō lateat uos iminere supradictas penas, imo ipsis pncipibꝫ cēties cētena millia, & millies millia milliū, sup adiungēdas, si statī nūc sine mora absque momēto & fallatia, nō cogat uos exire realiter psōnaliter, & uirtualiter de corpore istius creature dei N. cū signo extinctionis luminis aut, cū signo euidēti. Aliogn meis nō obediēdo mādatis. ferā sētētiā malidictionis, & excoīcationis

ꝛ cōdēnationis vre in stagnū ignis ꝛ sulphu-
ris eternaliter. Maledico Anatemazizo, ꝛ plutio
eijcio excōico, ꝛ cōdēno vos maledicti diaboli
in virtute s.me trinitatis p̄ris + ꝛ filij +. ꝛ Sp̄us
+ s.ti amē. Maledicat, ꝛ percutiat ꝛ eijciat vos
oēs inimici vri diaboli, ꝛ magistri vestri,
ꝛ maxime p̄nceps vester Satanas, male-
dicti ergo estote, ꝛ cruciemini in hoc corpore
ꝛ extra in aere, in aqua, in igne, in terra,
ꝛ ubicunq₃ futuri estis, ꝛ patiemini penas
importabiles, ꝛ afflictionē nimiā, nisi statim
recedatis realiter de corpore istius creature dei N.
ite
ito Discedite maledicti in ignē eternū q paratꝰ
est Lucifero ꝛ vobis angelis eius, ꝛ ne differa-
tis parere mādatis meis, alioqui mitto vos
in stagnū ignis ꝛ sulphuris iterū atq₃ iterū.
ubi fomus tormentorum vestrorum ascēdet in
seculo seculorum. 163. Maledicti ergo et ex-
cōicati, atq₃ blasfemi sitis in pena eternali
ꝛ nulla sit vobis requies in aliqua hora,
si stati nō eritis obedientes p̄ceptis meis vobis
factis in virtute Jesu Christi. ite maledicti
in ignē eternū nunc, stati absque mora.

verte

iterũ mãdo impero, iubeo et pcipio autori-
tate quo supra Lucifero, Belzebub, satane
et oib furijs infernalib, quod stati, et sine
mora uos in stagnũ ignis et sulphuris, et
in pfudũ inferni pcipitent, ut supra sētētiatũ
est, et indispēsabiliter uos ligent, et affligant
oib penis usque in diē iuditij: et qa nostro
Creatori rebelles fuistis, et nobis, et pceptis
suis. btē Mariæ Virginis et dictis Apostolorũ
et Euāgelistarũ, Martirũq et cōfessorũ oium,
dicta, lectaq neglexistis, uos oēs cōdēno ad
infernale suplitiũ, et ignis qui uos urat, ex
ipsius pītia dei exeat, qui uos cōburat, ipso
iubente, qui una cũ prē, et spu. s. uiuit, et
regnat in secula seculorũ amen.

maledictio 155. maledicti idio sitis in cute
in carne, in neruis, in ossib in medulis et in oib hu
morib huius creaturę. maledicti sitis intra et extra corp
hoc in omi loco dnationis dei nri, in igne in aere, in
aqua in terra et ubiq. atq tādē maledicti sitis et blas
femati sitis in ãno, mēse, hebdomada, die, nocte,
hora et momēto, a ab oib, et in oib et p omia.
Maledictiq tādē sitis hic et ubique, et nunc et sēp
et in secula seculorũ amē. Maledicat demiq uos
omipotēs deus pater + et filius + et spus sant' +
ignis et sulphur amē pluet sup peccatores laqos
et spus pcellarũ pars. calicis eorũ.

A. 4958

# SANCTISSIMO PATRI AC DOMINO, D. SIXTO V.

totius Christianæ Religionis

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

SEDITIONIBUS *intestinis, Prouinciarum tranquillitatem, immani predatione turbantibus; & impugnationibus falsitatis,*

*fidei veritatem, truculenta cade, quatientibus; atque feritatibus barbaris, Christianorum securitatem, crudeli nequitia, tacito murmure comminantibus; cum eo opus esset sacro vniuersalissimo Principe, qui sua bonitate velet, sapientia sciret, & autoritate posset, talibus occurere malis, diuina prouidentia ita benigna sua dispositione christifidelibus affuit, vt in altissimo Summi Pontificatus solio te sedere constituerit; Quo iam biennio ressidente, en tranquillitas prouinciarum redijt, veritas fidei fulget, & securitas Christianorum in dies consultissimè instauratur; Interea habent vnde lætentur boni, refloreant virtutes,*

tutes,

*tutes, vigeantq; mentium cultores: Omnes Christiani Principes tanto Patre congaudent, omnium fælicitas vlteriora sperat, omnibus aurea ætas aduenisse proculdubio videtur: Hinc de te miranda magnalia circumferuntur, præsentiali etiã intuitu te uidendi animum allicientia; Vnde multi turmatim Romam confluunt, sanctissimos pedes tuos adoratum; & complures alii per diuersa sanctiora, Italiæ præcipuè, loca, optate tue presentie Carmina sternunt; Serta cõponunt; similiaq; grati animi, posteritati perpetue, testimonia parant: In quorum ordine, pro meo modulo, sanctitatis tuæ discernere me dignetur benignitas,*

 dum

*dum præsentia offero, ut promptissima mihi sit tuæ assistentiæ indulgentia, ad minima hæc, quæ nunc tertio, & à medis expurgata, & à modicitate, appositione secundæ partis, aliquantulum reuocata, hoc meo traduntur libello, hillaritate generosæ frontis dignificanda, in tantum, ut & malis principibus tænebrarum formidabilia ualde reddantur, et à bonis Christifidelibus venerabiles habeantur; Ad gloriam Dei Optimi Maximi, & honorem Iesu Christi Domini nostri, cuius vices laudatissime geris in terris. In quibus ipse te seruet, viuificet, & beatum faciat.*

*Patauij Idibus Septemb. 1587.*

Ad

*Ad pedes Sanctitatis tuæ seruus humiliter inclinatus.*

*F. Valerius Polidorus Pat. Conuent. Franciscanus.*

# FR. SANCTVS MELARANCIVS

## A MONTE RVBIANO, ORD. MIN. CONVENTVAL. LECTORI. S. D.

DVCTRICE, in frequentatis ſtudiorum actibus, cum delectatione, aſſiduitate laboris; comiteq́; , in diſponendis omnibus, cum promptitudine, fælicitate ingenii; R. Valerius Polidorus Pat. Franciſcanus, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, ita laudabili-

dabiliter profecit in omnibus, vt in eiſdem mirabilis euidentisſimè conſpectetur. Hic namq; ſicut in cōuerſationibus familiaris,& probus; ſic in concionibus grauis, & facundus; in lectionibus facilis, & doctus; in diſputationibus ſubtilis,& diſtinctus; atq; in exorcizationibus terribilis, & efficax ſemper videtur. Mihi non credis? Operibus eius crede; Ad praxim accede; atq; eius Practicam Exorciſtarū, pro nunc, prudenti animaduerſione conſidera; vt dum Diabolum arguit, eius ſimul grauem facundiam; dum eidem ſacra miſteria, in quorū operatur virtute, proponit, facilem doctrinam; dum eun-

dem,

dem, propoſita intimius inculcan do, eneruat, ſubtilem diſtinctionem; atq; dum eiuſdem precipit fugam, & maleficiorum deſtructionem querit, terribilem efficaciam comprobes,. vtiliaq; ſimul multa deducas: Vtilis eſt enim hic liber Theologis, Concionatoribus præcipuè, & Exprciſtis; ſi namq; Theologus eris, reſſolutiones diuinorum miſteriorum habebis: Si Conçionator, applicabilia multa prædicabilia non deerunt; ſi verò Exorciſta, hoc opere proculdubio, perfectus eris. Vt autem omnia prædicta clariùs innoteſcant, Indicibus ſequentibus a me recollectis, pro prima parte huius Practi-

cæ,

cæ, Expulsio Dæmonum dictæ manifestare curaui.

Index I.

Principalium partium primæ partis, secundùm ipsarum ordinē. vide pag. *177*.

Index II.

Notabilium pro Exorcistis in Præfatione, & tota prima parte contentorum. pag. *179*.

Index III.

Pro Theologis, & Concionatoribus precipuè, Præfationis, & totius primæ partis. pag. *182*.

Index IV.

Authorum, quorum sententiæ in hac prima parte conferuntur. oag. *188*.

Hæc

Hæc autem omnia ſecundùm ordinem, indicatiuumq; numerum, pro vnoquoq; Indice diſpoſitum, ſuis locis querantur in huius primæ partis fine. Idem etiam patens erit, pro ſecunda parte eiuſdem Practicæ, Diſperſio Dæmonum nuncupatæ, ſuppoſitis Indicibus.

Index I.

Principalium partiũ ſecundæ partis principalis, ſecundùm ipſarum ordinem. vide pag. 81.

Index II.

Notabilium pro Exorciſtis, in Præfatione, & tota hac ſecunda parte contentorum. Pag. 84.

Index III.

Au-

Authorum quorum ſententiæ in hac ſecunda parte conferũtur. pag. 86.

Hæc quoq; omnia habentur in huius ſecundæ partis fine, ſecundùm numeralis notulæ diſtributionem. Vale.

# IN AVTHORIS LAVDEM.

HOſtes qui potuit iuſto deuincere bello.
Egregia volitat laude per ora uirum;
Cęſaris hinc honor eſt, hinc gloria magna Camilli,
Hinc ſunt Pællei tanta Trophea Ducis.
Si per te, Polidore, procul trans Bactra, Scythaſq;,
Nunc Erebi, victus qui fuit, hoſtis abeſt:
Hinc q̃ laus, quis honor, quæ gloria, quiue triũphi,
Victorem ſemper te, Polidore, manent.

De

# DE EODEM.

LVcifer Empireo conturbans omnia Cœlo ;
Sublimi ſimilem cùm ſtudet eſſe Deo.
Ingenti præceps tenebroſa in Tartara motu
Detruſus' ſummo tunc fuit ille Polo ;
Mox eſt inſidias auſus mortalibus ægris
Tendere,& imperiis ſi ſubdere velle ſuis.
Hunc ruere in puteos , alium decurrere in ignes
Cogit,& inuitum plura nefanda loqui .
Liuentes oculos torquet (mirabile uiſu)
Flammaſq; horribili ſpirat ab ore Sathan.
Hinc ululat, mugit, ſtridet, dat ſibila, latrat.
Vexantur uariis corpora læſa malis .
In genus humanum tandem ſeuire profanis
Deſine ſuppliciis, męmon inique tuis.
En nenit ſacra præſtans Polidorus in arte,
Qui tua perfringet cornua, tela, minas.
Sic tua diuina, ſic ars deluditur arte ,
In pænam ueniunt ſic benefacta tibi .
Humana illabens poſthac in corpore diſces
Improbe te miris inſinuare modis.
Cu dabis huic pænas ; tu tu mergeris in alta
Tartara; ut emergas, non ſinat, inde, Deus;

Valentinus Paſqualis Vtinenſis.

# IN OPERIS LAVDEM.

HOc homini mirũ; pſtrictas mẽbra catnenas
Cum datur immanes cernere poſſe Feras
Hoc quoq; iucunda pecori, pecoriſq; magiſtris,
Eſſe gregi, pulſis, pabula tuta, lupis.
Tunc populi mentes, tunc Regũ corda quieſcunt,
Cum pax, deuictis hoſtibus, alma redit.
Lætitiæ tandem penetrent noua ſigna receſſus.
Nunc animi: eiectus, læthifer anguis, abit.
Hæc ſtigii portenta lacus, hæc procul, arma fugãt:
Nomine, Diuinum Numen ubiq; gerunt.
Hoc Duce qñquidem cæci tremit Arbitrer Orci,
Et pauidus, nigrum, condit in antra, caput.
Grex igitur Xiſti ſecurus gramina carpat;
Nec metuat, tanto ſub Duce, Monſtra ſtygis.

## DE EODEM.

DVm phlegetõ ſæuè mortalia corpora torq̃t,
Et uetat optatæ pacis habere locum.
In ſcius ecce nouas acies, noua ſentit adeſſe
Agmina ſe contra: Quo tremefactus ait.
Heu pellor: Xiſto, heu adſunt, Ductore, phalãges,
Heu maior uires uis premit iſta meas.
Hęc bene caſtra ferũ expugnant Polidore tirannũ,
Quòd benè ſub Xiſti Nomine Bella gerant.

Alexander Nouellus Caſtrofrancienſis.

SINCERIS. LECTOR.

ERrata multimodè in prima & secunda huius operis parte, impressorũ pigritante solertia, prudẽti animaduersione perpẽde, ut Dictiones aliquando, & Litteras superfluentes abiicias, desicientes adiicias, commutatas reuoces, transpositas restituas, atque euersas erigas, ad integrum & uerum sensum, secundum doctrinam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, perficiendum.

# PRAEFATIO IN EXPULSIONE DAEMONUM,

## quae prima pars est Practicae Exorcistarum.

F. VALERII POLIDORI
*Patauini, ord. min. conuentualium Artium & Sacræ Theologiæ Doctoris.*

### De omnibus in Præfatione, ordinatè tractandis. Cap. I.

DVo sunt, in quibus prudenti animaduersione versari debet Exorcista: quorum primum respectu sui est; Secundum autem, alterius. Primum duplex est: Vnum habendum; & aliud reiiciendum. Habendum est duplex

*Totius præfationis compendium.*

Primum respicit fidei firmitatem; Secundum verò conscientiæ puritatem. Reiiciendum autem est duplex: Primum est auaritia; & secundum, vanagloria. Secundum insuper, quod respectu est alterius, est duplex: Quorum Primum respicit obsessum liberandum; Secundum verò obsidens fugandum. At obsessum respiciens, est duplex: Primum est ieiunium seruandum; Secundum autem oratio habenda. Sed horum primum duplex est: vnum est à peccatis; a cibo verò aliud, & potu. Secundum quoque .s. Oratio duplex esse potest: Vna quarum in Deum dirigatur; & ad Sanctos alia. Illud item secundum, quod respicit Obsidens fugandum est adhuc duplex. Quorum primum reductiuè ad prædictam fugam; Secundum verò immediate conuenit. Sed reductiuè pertinens diuiditur in septem. Horum primum est, Quare Diabolus humana corpora aggrediatur, & ingrediatur. Secundum est, quomodo cognoscatur an quis sit dæmoniacus. Tertium est, Quomodo, & quid sit a Dæmonibus petendum. Quartum est, Quomodo per nomen principalis spiritus, cognitio potissimi medii liberationis obsessi deprehendatur. Quintum est quomo

do cognoſcatur an aliquis ſit ab obſeſſu Diabolico, & malefico liberatus. Sextum eſt; De natura Dæmonis ex his, quæ à Magiſtro ſententiarum colliguntur, cognoſcenda. Et Septimum eſt, de natura Dæmonis, ex his quæ a diuerſis referuntur, habenda. Illaq; tandem, quæ ſunt immediate conuenientia ſunt duo; Primum eſt, Quomodo per ſenſus Tactus, Viſus, Odoratus & Guſtus excrucietur Diablus; & Secundum eſt, de Audibilium uſu in eiectione Diaboli habendo. De quibus omnibus, & ſecundum hunc ordinem, eſt hic ſucceſſiuè ſpecialiter exacta ratio cōplēda, & Præſationis extēſio cōcludenda.

## De firmitate fidei, quæ requiritur in Exorciſta. CAP. 2.

MVniens illos Apoſtolus, quibus debet eſſe colluctatio aduerſus principes & poteſtates, & aduerſus mundi huius rectores tenebrarum harum, inter cætera armorum genera, Scutum fidei maximè commendat, cum dicat; In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Eph. 6. Hinc primò, facilime deprehenditur

*Fides requiritur in Exorcista.*

Exorcistam fidelissimum esse debere, circa credibilia omnia, a Sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica, tradita, cũ sit ipse pugnaturus aduersus insidias Diaboli: Euidentius autem, secundò, idẽ propositum declarat Dominus in Euangelio; Matt. 17. Qui respondens discipulis suis, perquirentibus quare a iuuene quodam non potuissent Dæmonem eiicere, & dicentibus; Quare non potuimus eiicere illum? Ait; Propter incredulitatem uestrã. Firma itaq; fides, cum firmum sit fundamentum pro Dæmone fugando, firmiter sit in ipso.

## De puritate conscientię ab Exorcista sectanda. Cap. 3.

*Causa principalis, & ministerialis liberationis obsessi.*

puritas

A Deo benedicto prius, tanquam à causa principali; ab Exorcista deinde tanquàm à causa ministeriali, liberationem dæmoniaci expetandam fore declararunt omnes exorcistæ, qui hucusq; fuerunt, cum suas cõiurationes biformes reliquerint, ponentes in ipsis & orationes, & Exorcismos: orationes, ut liberaretur à Deo; exorcismos verò, ut liberaretũr ab exorcizatore, autoritate sibi à Dño tradita,

dicente

dicente Luca. Cap. 9. Dominum Apostolis dedisse uirtutem, & potestatem super omnia Dæmonia. Deus autem, & exorcista respetu prædictæ liberationis ita se habent quod Deus, nolente exorcista, potest talem operari liberationem; sed non exorcista, Deo nolente; propterea pulsanda est à Deo bonitas eius, indefessis orationibus vt reddatur fautrix sibi, & suis (etiam ut talis persona est) exauditis orationibus, intentam facilius obtineat liberationem. Quomodo autem facilius exaudietur si non peccata dimiserit? Si non erit conscientia purus, & mundus? Hoc indicans Dauid dicebat; Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus. Psal. 65. Purus igitur & conscientia nitidus, per ueram saltem contritionem, quando in promptu copia non habetur confessarii, & per completam omnium suorum peccatotum confessionem, quando fieri poterit, bonus exorcista hac potissimum debet esse de causa.

*Exorcista peccatum desere debet.*

## De Auaritia ab Exorcista uitanda. CAP. 4.

PVella quædam spiritum habens Pytonem, quæ magnum quæstum præsta-

*Paulus Apostolus li-*

 bat do-

*berauit puellam a Pytonico spiritu.*

bat dominis ſuis diuinando ; cum ſequta eſſet Paulum, & eos, qui cum ipſo erant per plurimos dies dum irent ad orationem,& clamaſſet quotidie, dicendo; Iſti homines,ſerui Dei excelſi ſunt,qui annunciant uobis uiam ſalutis; à Paulo liberationem de obſeſſione recepiſſe manifeſtè apparet ex Act. Apoſtolorum. 16. Hoc autem, ex loco predicto, colligo ego à Paulo factum fuiſſe propter duo; Primũ eſt, quia Sancta compoſitus modeſtia nolebat neq; à Pytonico ſpiritu,de perfectionibus huiuſmodi, publicè laudari; Secundum autem eſt , quia ſicut magnum ita prauum,puella prædicta,dominis ſuis quęſtum præſtabat,& propterea nec tales Auaritiæ quæſtus dignum fore permitti iudicauit. Hinc colligere poteſt exorciſta, quod non debet vti Diabolo, vt bona acquirat temporalia; tunc autem tale ſcelus committeret, quando propter eius fugam procurandam, munera expectaret Simoniaca. Hoc itaq; neq; apud ſe optatum faciet, ne Deum offendat, neq; uel geſtu, vel verbo, vel opere,vel modo aliquo exquiret,ne Deum ſimiliter offendat,& proximo ſcandalum ſit;& eadem de cauſa nec facilius audiatur à Deo,nec à Diabolo intenſius

*Exorciſta auaritiam uitare debet.*

tensius timeatur. Animaduertendum est tamen quod si sine animi macula in optando, uel errore extrinseco in requirendo, aliquid, à sponte dantibus pro eleemosyna necessaria reciperet, hoc cum Dei benedictione esset. Cautè tamen, & secundum scientem conscientiam, in his omnibus est peragendum.

*Munera quo modo recipere posit exorcista.*

## De vanagloria ab Exorcista fugienda. CAP. 5.

SI velit gloriari Exorcista propter alicuius sui officii operationem, & subsecutum effectum, hoc erit quia operationem siue effectum talem, exstimabit bonum, perfectum, uel optimum: quod si sic, meminisse primo oporteret quod omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, teste Diuo Iacobo, Et ita Regi seculorum immortali & inuisibili tantum, honorem & gloriam prebere debuisset. Fauet, pro secundo, huic sententiæ Dominus noster Iesus Christus, qui septuaginta reuersis ad ipsum cum gaudio, & dicentibus; Domine etiam Dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Lucæ.

*Inanem gloriam uitet exorcista*

*Christus noluit dicipulos deiectio*

*ne Diaboli gaudere.*

10. Respondit; In hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur uobis. Si nolebat Discipulos gaudere, quomodo gloriari? Non placuit ipsi primùm, ergo nec sibi secundum in hoc opere placet. Humiliter itaq; in omnibus prosequatur opus suum exorcista, & sine inanis gloriæ ventis.

Mat. 17 Luc. 7.

## De duplici Ieiunio à Dæmoniaco seruando. CAP. 6.

hoc genus non eiiciatur nisi per oratione et ieiunium

Marc. 9

Mat 17.

*Ieiunium duplex a Dæmoniaco seruari debet.*

IEiunium in expulsione Dæmonum à corporibus obsessis requiri, testatur Dominus, qui dixit discipulis suis, quærentibus quare non potuissent eiicere Dæmonem; Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiuno. Mar. 9. quod precipuè ab obsesso, si possibilitas adsit, seruari debet: Ieiunium autem duplex esse potest: Primum à peccatis, & tunc sanctificatur, quando, post completam suorum peccatorum confessionem, expellit in posterum occasionem peccandi; requiritur autem in Dæmoniaco, vt vel ab ipso, aut ab Exorcista, siue ab aliis eius uices supplentibus, diuina bonitas facilius impetretur. Secundum autem ieiunium est à ci-

bo, &

bo,& potu, quo ualdè irritantur Dæmones, maximè infirmantur, & facilimè superantur: Exemplum habemus Saluatoris, qui cum Diabolo in deserto pugnaturus, quadraginta diebus ieiunauit,& quadraginta noctibus, ut habetur Matt. 4. Et Luc.4. Seruandum erit itaque hoc duplex ieiunium, ut dictis de causis, obsessi curatio facilius impetretur.

## De Oratione Dęmoniaci, in Deũ, & Sanctos dirigenda. CAP. 7.

Rogauerunt Discipuli dominum nostrum Iesum Christum pro muliere Cananæa, egresa à finibus Tyri & Sidonis, cuius filia à Dæmonio vexabatur; Sed & eundem dominum rogauit ipsa pro recuperanda filiæ sanitate, quapropter illud tãdem domini audiuit eloquiũ, Fiat tibi sicut vis, vt habetur Matt. 15. Hinc monendum fore Dæmoniacum duxi, de duplici Oratione facienda; Quarum prima sit ad omnes sanctos & sanctas Dei, pro intercessione illorum poscenda,& diuina beneuolentia captanda; Vel etiam fieri talem orationem expediet ad aliquem particularem Sanctum, erga

*Intercessionem sanctorum a Dæmoniaco esse poscendam.*

quem

quem pio animi affectu,& deuotione teneatur.s.Ad gloriosam Virginem Mariā, ad Sanctum Michaelem Archangelum, Sanctum Antonium de Padua, & huiusmodi. Secunda autem oratio dirigatur in Deum, pro gratia ab ipso liberationis principaliter largienda, quæ sit ita debita puritate, humilitate,& fide circumstantionata, quod à Domino audiri,& benigniter exaudiri mereatur.Habet, pro hoc aptissimè complendo,in promptu,Dominica uerba,Angelica, Ecclesiastica multa, atque Prophetica, Dauidicaq; inter quæ, maximè intentioni huiusmodi desseruiunt sequentium & similium Psalmorum Cantiones .s. Deus in adiutorium meum intende &c.Psal,69.Et Deus,in nomine tuo saluum me fac &c. Psal.55.

Quare Diabolus humana corpora aggrediatur,& ingrediatur. CAP. 8.

quibus ex causis demones corpora humana ingrediantur. Docti. Junii. 40.

NON sunt confidentis de Dei bonitate fortè verba illa,quibus Dæmoniacus aliquis se derelictum à Deo putare indicat, cum se traditum obsessioni Diabolicę deprehenderit,quapropter maligni spiritus hinc trahentes fauorem, sæuiunt

uiunt nimis. Pro talis itaque prauæ opinionis extirpatione, ſcire debet Exorciſta, unde monere poſſit Dæmoniacum, quod inuaſio Diaboli non eſt firmum iræ Dei argumentum, cum eius multiplex poſſit eſſe cauſa, & præcipuè quintuplex: Quarum prima eſt propter dubium in fide re mouendum, Sunt enim aliqui negantes Dæmones eſſe, quos vt moneat Dominus permittit aliquos corporaliter, & ſenſibiliter quodammodo, à Dæmone uexandos eſſe: Talibus autem non credentibus, poteſt illud domini verbum accomodari; Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Ioan. 4. Secunda cauſa eſt propter peccatum alicuius graue puniendum, vnde legimns 1. Reg. 16. & 18. quod Saul propter inobedientiam poſſeſſus à Dęmone fuit: & Paulum tradidiſſe nouimus Satanæ 1. Cor. 5. Quendam Corinthum corporaliter uexandum, qui admonitus ut à carnali mixtione ſe Nouercæ ſubtraheret, noluit. Tertia cauſa eſt propter alicuius obſeſſi gratiæ & meriti augumentum; ut de Iob patet, quem Dominus permiſit acerbè à Dæmone tractari. Quarta cauſa eſt propter ſanctitatis alicuius manifeſtationem; vnde ad diui Petri Apoſtoli

*De quibus monendus ſi Dæmoniacus*

*Vexatur aliquis a Dæmone multis de cauſis*

perſe-

perfectionem ostendendam, uult Deus quod frequenter, solo catenarum tactu; quibus fuerat sub Herode uinctus, posse si à Dęmone liberentur, ut verificetur mirabilem Deum in sanctis suis esse. Quinta verò causa est propter diuinæ operationis potentiam declarandam, cum .n. Dæmones in nomine domini procul pelluntur, cognoscitur eius potentia maior, potentia Diaboli, etsi de potentia Diaboli dictum sit, quod non est potestas super terram, quæ comparetur ei. Hanc autem causam declarat illud Domini dictum Ioann. 9. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. His itaq; rationibus & causis, erit efficaciter obsessus monendus de constanti fide, & spe de misericordia & bonitate diuina possidenda.

## Quomodo cognoscatur an quis sit Dæmoniacus. CAP. 9.

CAutè incedendum esse ante Exorcizationem alicuius à Dæmone Obsessi, officio Exorcistæ commendati, & omnes exorcistæ testantur, & suadet ratio. Fieri enim aliquando consueuit ut ab in-

solitis

ſolitis ægritudinibus corporis grauati, Dęmoniaci credantur, pro quibus, non ſine graui deliberatione præmiſſa, officii dignitas, & Dei autoritas eſt fundenda. Ideo prius diligentisſime inquirendum erit an talis perſona a Dæmone ſit arrepta; id autem comodè fieri poterit ſequentibus quatuor ſignis; quorum primum probabilitatis eſt, & eſt quod ſi ad impoſitionem alicuius ſanctę Reliquiæ ſuper obſeſſum, ſiue benedictæ rei, ipſo ignorante; aut ſacrarum manuum, orrère uideretur; & ſi ſacra, aut ſacramenta, & huiuſmodi deteſtaretur; ſiue ſi propter aliqua arcta precepta, & ſancta dicta, ipſum timere ac tremere deprehenderetur; aut dolores repentinos, ſiue torſiones inſolitas, aut furentes motus pateretur, ſignum erit Diabolicæ præſentiæ. Secundum ſignum rationis eſt; & eſt, quod ſi obſeſſus lingua alienarum nationum loqueretur; ſi de rebus arduis, & doctisſimis, & idiota fuerit; ſi oculta reuelaret; ſi verè remota nunciaret, ſiq; aliquid alicui in aure ſub ſilentio dictum ſciret; idem eſſet iudicium deducendum. Tertium ſignum legale eſt; Nam dicitur C. ij. Q. ij. in textu & gloſa, quod caro Aedina maxime Dæmones prouocat,

*Infirmi cauentum ē ne credantur Dæmoniaci.*

*Signum probabile ad cognoſcendum Dæmoniacum.*

*Signum rationale ad cognoſcendum Dæmoniacum.*

cat,

*Signa Euangelica ad cognoscendum Demoniacũ.*

cat, unde si per triginta continuis diebus, qui vexatus creditur à Dæmone, illa uesci non potest, arbitratur à Dęmone possessus. Quartnm verò signum Euangelii est; & est, quod aliquando a malis spiritibus cæcitas in patiente causatur; Vt patet Matth. 12. sicut aliquando Surditas; Marci 9. Aliquando impedimentum in lingua ad loquendum; Matt. Cap. 9. 10. & 12. Aliquando stridor dentium. Mar. 9. Aliquando emissio spumæ ex ore; Mar. 9. Aliquando clamor; Mar. 5. Aliquando incessio curua, & demissio faciei. Luc. 9. Obsessi aliquando patiuntur mutationẽ Lunę & uidentur Lunatici; Matt. 17. Aliquando exuunt se uestimentis; Luc. 9. Aliquando concidunt se lapidipus Mar. 5. Aliquando ruunt in ignem, siue in aquam; Matt. 17. & Luc. 9. Aliquando fugiunt a domo, & conuersatione hominũ; Mar. 5. & Luc. 8. Aliquãdo arescunt Mar. 9. Aliquando infirmãtur; Luc. 13. Aliquãdo seuiunt nimis; Matt. 8. Atque tandẽ vexantur multiformiter; Matt. 15. 17. & Luc. 9. Hæc dicenda erant de signis demoniaci.

Quomo-

## Quomodo,& quid ſit a Demonibus petendum. CAP. 10.

AD cognoſcendum quomodo poſsit error contingere in petitionibus obſidenti Dæmoni faciendis, & quomodo non, ſcire finem huius artis neceſſe eſt. Eſt autem finis; Dæmonem uelle, uirtute diuina, & autoritate nobis commiſſa, a nobis,& proximis noſtris, ne noceat, repellere. Quo ſtante, dicitur primo quod in interrogationibus faciendis dupliciter poteſt error contingere. Vno modo reſpectu modi, ſiue medii ordinati ad finem prędictum; alio modo reſpectu finis prędicti. Sed reſpectu modi, dupliciter; primo quando modus petendi eſt pertinens ad amicitiam quandam cum Dęmone, ſiue æqualitatem; ſecundo quando modus petendi eſt pertinens ad amicitiam & inferioritatem petentis, reſpectu Dæmonis. Sed quantum ad primum error poteſt dupliciter euenire.s. Vel expreſsè : ut deprecando, ſiue propter alicuius ſacri reuerentiam perſuadendo : Vel implicitè ; & hoc dupliciter.s. Vel ſcienter ut incantationibus Magicis,& nominibus, ſiue caracteribus incognitis; Vel ignoranter; Orationibus

*Finis artis exorciſticæ.*

*Error dupliciter euenire poteſt in petitionibus, ex ordinatis ad finẽ artis Exorciſticæ.*

tionibus,quę creduntur bonæ, ſed ſuperſtitioſa,& uana continent. Si autem quantum ad ſecundum, hoc eſt dupliciter; Vel.s.ut a Diabolo, tanquam a Magiſtro aliquid diſcamus,Vel ut ab ipſo,tanquam a Domino aliquid obtineamus. Alio quoque modo poteſt error contingere reſpectu finis; & hoc dupliciter: Vno modo petendo quidem ordinabilia,ſed non ordinata ad finem prædictum; Vt quando interrogatio fit de nomine ſpiritus, ſiue de eius ordine, aut de ſociis, ex ſola curioſitate. Alio modo petendo non ordinabilia ad finem prædictum; Vt quando interrogatio fieret de aliqua imagine inuenta in ſuffoſſione agri,an.s. ſit Veneris,uel Palladis, & huiuſmodi. Dico ſecundo quòd in interrogationibus faciendis non eueniet error, duobus ſeruatis; Quorum primum eſt quod modus, ſiue medium ordinatum ad debitum finem, ſit permodum præcipientis,& ſine ſuperſtitione, vt cautum eſt. Secundum eſt quod omnia ſint immediatè, ſiue reductiuè ordinata ad debitum finem. Quibus omnibus ſuppoſitis & ſeruatis, dico primo in generali, quod omnis petitio, cuius,fiendę, occurrat occaſio, licitè fieri poteſt. Dico

*Error dupliciter euenire poteſt in petitionib⁹, reſpectu finis huius artis.*

*Error non eueniet in petitionibus, duobus ſeruatis.*

ſecun-

secundo in spetiali, sequentes petitiones fieri solitas esse. Prima est de nomine, ut eo cognito scribatur, & in titulum super effigiandum Dæmonem in charta, ad cõburendum ponatur: Et ut eo magis eum sacra verba perturbent, in quibus nominatim exprimatur; Atque exemplo Christi, qui de nomine aliquando quæsiuit, ut habetur Luc. 8. & Mar. 5. Et propter alios fines ordinatos ad finem prædictum principalem. Secunda interrogatio erit de sociis, & satelitibus, & eorum numero, vt etiam ipsis præcipiatur. Tertia, de causa ingressus, ut contrarium remedium apponatur. Quarta, si sit maleficio, ut apti Exorcismi legantur. Quinta, de modo destruendi maleficium, ut cautius extirpetur. Sexta, quem maximè Angelorum ordinem, siue chorum, aut sanctum timeat, ad eum pro auxilio inuocandum. Septima, quæ sacra verba magis abhorreat, ut replicentur. Octaua, quem Dæmonem acerrimum inimicum, & æmulatorem habeat, ut contra ipsum citetur. Nona, per quem Exorcistam sit expellendus, ut diuinum inde iudicium probetur. Decima, quo die, siue hora exire se debere timeat, ut tunc feruentius insistatur. Et huiusmodi. Cauen-

*Decem solẽt esse petitiones Dæmonibus faciendæ.*

dum est autem a curiosis digressionibus, & ne simpliciter credatur responsionibus, etsi non sint omitenda remedia cognita non nisi per illas, quæ prodesse quidem possunt, obesse autem nequaquam: Cauendum est etiam a spontaneis, multis, & dolosis Dæmonis locutionibus; Imò loqui prohibeantur aliquando, exemplo Saluatoris dicentis; Obmutesce, & exi ab eo. Marci 1. & Luc. 4. Quod & comprobatur per illud Luc. 5. qui inquit, quod Iesus Dæmonia increpans, non sinebat ea loqui. Sic itaque in petitionibus procedẽdum erit.

## Quomodo per nomen principalis spiritus obsidentis, cognitio potissimi medii liberationis obsessi deprehendatur. CAP. XI.

SIcut quidam Dęmones sunt, qui uni prouinciæ; & alii, qui vni ciuitati; nonnulli verò, qui uni tantum homini deputantur; sic aliqui iuueniuntur, qui uni uitio præsunt, quia de illo uitio precipuè ualent homines tentare; Hinc est qđ non raro, eodem tempore, in diuersis Obsessis, plures maligni spiritus inueniun-

*Quare diuersi spiritus nomine eodem vocentur.*

tur,

tur, qui uno nomine nuncupantur, ab eo dem enim hoc est tentandi officio siue natura; Nomina namque propria non habent, sed ex eorum officio imposita, siue natura. Ideo cum ad manus Exorcistæ peruenerit aliquis Dæmoniacus diligentissimè quærendum erit de nomine spiritus principalis. Nomen autem huiusmodi uel reuelabitur a spiritu respondente, virtute Dei; vel nõ reuelabitur, propter aliquod a nobis incognitum altissimi iudicium. Si non reuelabitur, imponendum erit ipsi nomen uile, & uituparationis; Vt, Fons uitiorum, Pater mendacii, Bestia bestialissima, & huiusmodi, & tali nomine, quandocumque opus fuerit, nominabitur, & scribetur; Processus verò contra ipsum faciendi erunt communi exorcizandi genere procedentes. Si autem nomen reuelabitur, & fuerit famosum ex sacra scriptura, siue aliunde, propter eius significationem, cognoscetur ipsius natura siue officium; & ex consequenti, uitium, super quo potestatem habet, quapropter uirtutibus tali uitio immediatè contrariis, utillimum erit uti. Si igitur (exempli gratia) inueniatur aliquis malus spiritus, qui uocetur Mammona, quod secun

*Quærendum est nomen principalis spiritus.*

*Nomen aliquando imponẽdum est spiritibus,*

*Nomen spiritus reuelatũ si fuerit, quid agendum.*

dum Syros, diuitiæ dicitur,& propterea deprehendatur quod illis utitur ad homines ſallendos; amplexu paupertatis precipuè,& eleæmoſinis, etiam in actu coniurationis miſericorditer effuſis, contra ipſum ſtandum erit. Si autem reuelabitur nomen,& non fuerit ſamoſum & cognitum, a probis uiris erit interpretandum ſecundum etimologiam latini idiomatis, uel greci, uel hebraici, uel alicuius alterius linguę vel etiam ſecundum compoſitionem ex his,& illi poſtea aduerſabitur modo prędicto de nomine cognito. Hoc autem erit (gratia Dei aſsiſtente) potiſsimũ medium liberationis Obſeſsi.

*Si nomen ſpiritus non fuerit famoſum quid agendum.*

## Quomodo cognoſcatur an aliquis ſit ab obſeſſu Diabolico Liberatus. CAP. 12.

QVamuis nimis dificile ſit ſufficientia ſigna tradere, a quorum ſignificatione deprehendatur an aliquis ſit liberatus a Diaboli obſeſſu, nihilominus quedam a ſacra ſcriptura, quedam verò ab expertis, indicia idem probantia
3 obſeruaui, tripliciq; ſede congeſsi;-In quarum prima ſigna ponuntur que li-

beratio

berationem inſinuant ab obſeſſu Diaboli, excerpta ex ſacris litteris; In ſecunda autem adducuntur ea que preferuntur ab huius artis profeſſoribus. Pro primo itaque perſoluendo, quatuor ſigna ponuntur; Primum eſt ſi maligni ſpiritus obſeſſorum corpora notabiliter diſcerpunt, quando creduntur exire; Huius ſigni probitas deducitur ex Euang. Marci Cap. 1. Et 9. Secundum ſignum eſt ſi ſpiritus dũ creduntur exire faciunt obſeſſum magna voce clamare; Sicut habetur apud Euang. Mar. Cap. 1. Et 9. Apud Luc. Cap. 4. & in Act. Cap. 8. Tertium ſignum eſt ſi proiiciunt corpora obſeſſa, ad inſtar uolentis aliquod inceptum relinquere; De hoc habentur apud Luc. Cap. 4. Et quartum ſignum eſt, ſi quando uidentur ſpiritus diſcedere, corpus obſeſſum relinqunt ſicut ſi mortuum eſſet; De hoc autem teſtimonium habetur in Euang. Marc. cap. 9. Pro ſecundo autem liberationem a ſpiritibus perſuadentia connectuntur, & tria principalia ſunt: Primum ab impoſitione manuum deducitur, nam ſi quando Exorciſta manum ſuper caput perſonæ patientis ponit, ipſi patienti non uidetur caput eſtibus inflammari, ſiue conſtringi frigo

*Signa liberationis ab obſeſſu Diaboli ex Sacris.*

*Signa liberationis a ſpiritibus, ab expertis.*

cribus, aut nimio pondere premi; ſiue e-
tiam cerebrum conſtringi, laniari, & per
forari; aut dorſum aqua frigida perſun-
di, formicis exponi, & uento perflari: Se-
cundum liberationem ab obſeſſu Diabo-
lico & Malefico ſimul perſuadens, ab ocu
lorum ictibus deducitur; nam ſi Exorci-
ſta reſpiciente in oculis patientis perſonæ,
dum dicit aliqua ſacra ad ſui libitum, ſiue
aliquod ex officio facit preceptum, patiēs
perſona promptè poterit in faciem exor-
ciſtæ, ſiue potius in eius oculis attente
reſpicere, & ſibi non uidebitur præ ocu-
lis nubem, aut uelamen habere, uel in ocu
lis pungi, aut ſuam uiſionem moleſtè re-
frangit, deprehendet Diabolicum non
adeſſe. Tertium tandem, quo idem con-
uincitur, eſt ſi patiens perſona, ex prece-
pto Exorciſtæ, probè poterit Orationem
dominicam, aut ſalutationem Angelicam,
vel Simbolum Apoſtolorum, in dicendo
complere; ſiue etiam totum pſalmum 30.
qui incipit; In te domine ſperaui non con
fundat in æternum &c. Aut initium San
cti Euangelii ſecundum Ioannem; In prin
cipio erat Verbum, &c. Vſque, plenum
gratiæ & veritatis, incluſiuè, vel aliquod
conſimile ex ſacris litteris, & piis ora-

tioni--

tionibus, persoluere. Hæc itaque signa sūt potiora, liberationis alicuius ab obsessu Diabolico manifestantia.

## De Natura Dæmonis ex his, quæ colliguntur à Magistro sententiarum cognoscenda.
## CAP. 13.

VT Exorcista de natura Dæmonis plenius instruatur, & sciat quò confugere debeat, necessitate vrgente, considerare debet loca præclarissimi Magistri Sententiarum, Lib. secundi pręcipuè, in quibus lucidissimè de eadem disserit; maturè tamen pertractans articulos illos, in quibus Magister communiter non tenetur. Igitur si occurrat scire quomodo dixerit Lucifer, secundum Isa. 14. Ascendam in cælum, & ero similis altiss. cum esset In Cælo; Quærendus erit Magister lib. 2. Sent. distinc. 2. cap. 8. Si scire desiderat an de maioribus spiritibus, & minoribus quidam ceciderint inter quos unus fuerit celsior. s. Lucifer; Videat ut supra, Distinct. 6. cap. 1. Si velit scire unde, & quo deiectus fuerit; Videat ut supra, cap. 2. An sit in inferno religatus ex quo ten

*Dæmonis historia quodam modo, natura, & proprietates*

tauit Christum, & victus fuit, quem dicũt primum hominem tentasse & vicisse; Videat ut supra, cap. 6. An habeat potestatem, quam habebit tempore Antichristi; Videat ut supra, cap. 7. An verò Dęmones fuerint creati boni uel mali; Videat ut supra, distinct. 3. cap. 5. 6. 7. & 8. An triplex fuerit in eis sapientia ante casum, uel confirmationem; Videat ut supra, cap. 9. An alicuius rei habuerint dilectionem, uel sui inuicem; Videat ut supra, cap. 10. An fuerint præscii sui casus; Videat ut supra, distinct. 4. cap. 1. An fuerint beati ante lapsum; Videat ut supra, cap. 3. An fuerint perfecti & secundũ aliud imperfecti; Videat ut supra, cap. 4. & 5. Quales fuerint in auersione; Videat ut supra, cap. 6. De auersione & eorum lapsu; Videat ut supra, distinct. 5. cap. 1. An habuerint liberum arbitrium; Videat ut supra cap. 2. An sit imputandum illis quia auersi sunt; Videat ut supra, cap. 5. An sit concessum eis habitare in cælo, uel in terra; Videat ut supra distinct. 6. cap. 3. An inter sese alii aliis præsint, & habeant aliam prælationem; Videat ut supra, cap. 4. An omnes sint in hoc aere caliginoso, & an aliqui sint in inferno. Videat ut supra cap. 5. An semel

mel uicti a Sanctis accedant amplius ad alios; uideat ut supra cap. 8. An sint ita obdurati in malo ut bene uiuere nequeant; Videat ut supra distinc.7. cap. 1. An habeant liberum arbitrium, & flecti possint ad utrumque Videat ut supra, Cap. 2. An uiuacem sensum, perdiderint, & quibus modis sciant; Videat ut supra, Cap. 5. An Magicæ artes Virtute & scientia Diaboli valeant, & an hæc uirtus sit ei data a Deo, uel ad fallendum malos, uel ad monendum & exercendum bonos; Videat ut supra Cap. 6. An illi seruiat ad nutum materia rerum uisibilium, Videat ut supra. An Dæmones sint creatores cum per eos Magi Ranas, & alia fecerint; Videat ut supra, Cap. 8. 9. & 10. An multa possint per naturæ uigorem, quæ non possent propter Dei, uel bonorum Angelorum prohibitionem; uideat ut supra Cap. xi. An intrent in corpora hominum substantialiter, vel illabantur mentibus illorum; Videat ut supra distinc. 8. Cap. 5. An cuicunque animę sit angelus malus ad exercitium: Videat ut supra distinc. 11. Cap. 1. De maleficiis autem aliqualiter, videat eundem Magistrum, lib. 4. Sententiarum, distinct. 34. Hæc sunt,

hiisq;

hiisq; similia, quæ de malorum spirituum natura, ex prędictis colliguntur locis.

## De natura Dæmonis ex his, quæ à diuersis referuntur, cognoscenda.

## CAP. 14.

PRæter ea, quæ recollecta sunt in præcedenti cap. 13. multa sunt De natura Dæmonis scienda, quæ tum a Theologis, tum a Philosophis feruntur. A Thæologis autem præcipuè relata sunt illa, quæ continuò subnectuntur, & de illis copiosius legendi loca signantur. Propterea si quis cupit scire quomodo Diabolus loquatur homini; Legat lib. 2. cap. 19. Compendii Theologiæ. Vel si cupit scire Dæmones in malitia quales sint; legat vt supra, cap. 26. Aut si cognoscere quæ nocumenta homini inferant, & quomodo ipsos decipiant; legat ut supra, cap. 27. In his omnibus non obliuiscatur lib. Malleus maleficarum nuncupati, in quo copiosè de Dęmonibus, & maleficiis agitur. Dicerem insuper qua causa Diabolus ingrediatur humana corpora, & de modo quem tenet, & hoc aliter quam prius; Sicut & de Maleficiis; De signis quibus cognoscitur maleficiatus.

*Notabilia multa, pro exorcistis.*

leficiatus. De conditionibus Exorcistæ, & qualiter se præparare debeat. Dicerem de signis, quæ apparent quando Sacerdos coniurat maleficiatum; De modo quē tenet Diabolus ad egrediendum de corporibus: De deceptionibus, quibus vtitur ad Exorcistam decipiēdum, Aliaq; ad hoc opus nostrum necessaria: Sed quia hæc omnia plenè habentur in tertia parte lib. Sacerdotalis, post compendium Musicæ, ideo illa taciturnitate pertranseo. Reliquum esset, vt per opiniones etiam Philosophorum discurrerem, sed fortè id nō expedit in præsenti. Assigno tamen autores Philosophos, locaq;, in quibus de natura Dęmonis aliquid ab ipsis disseritur, & hoc vt, si quæ sunt retinenda, retineantur, & omitenda mittantur. Regressum itaque habere poterit curiosus talium inuestigator, ad Platonem multis in locis, sed præcipuè in Simposio; Ad Proculum, in commento Platonis Alcibiadis; Ad calcidium, in commento Thimei Platonis; Ad Porphirium, in lib. de occasionibus, & in lib. de Responsis Philosophorum; Ad Iamblicum, in lib. de Misteriis AEgyptiorum, & Caldęorum, & Assiriorum; Ad Aristotelem, in lib. de mirabilibus mundi,

*Notabilia multa pro Theologis, Exorcistis, & Philosophis.*

quia

quia ibi de Dæmonibns mentionem facit, referente Apuleio; ad Aueroym, in Epistola de resurrectione, in lib. de somno,& in lib. Disp. Disputatione 3. Ad Lucium Apuleium Med.in lib.de Deo socratis: Ad Mercurium, in Pimandro, de Potestate & sapientia Dei. Ad Plotinum, in lib. de proprio cuiuscumq;; Ad Zeno cratem, in lib. de Morte; Ad Algazelem, in sua Methaphisica, & in lib. de anima; Ad Spellum, in lib. de Dæmonibus; Ad Euticium Augustinum Niphum Phyloteum, in lib. de Dęmonibus; Sed & ad Io: Laurentii Ananiæ Tabernatis, in lib. de natura Dæmonum; & Andream Cæsalpinum de Blancis Aretinum,in lib. Inuestigationis peripateticę Dæmonum; Adq; tandem omnes Platonicos; Quamplurimosq; alios, quos breuitatis causa omissos in pręsenti facio, & ad alia iam me currenti calamo perstringo.

## Quomodo per sensus Tactus, Visus, Odoratus,& Gustus excrucietur Diabolus. CAP. 15.

CVM Diabolus fortis armatus custodit atrium corporis ab ipso obsessi,

in

in tranquilitate pacis ipsi esse uidetur, quod possidet; Si autem per illud quod ab ipso possidetur, aliquis superueniens eum vicerit; omnia arma eius in quibus confidebat abstulerit;& de atrio, per ea quæ sunt atrii, eiecerit; non poterit non molestissime fere, non cruciari, non frangi: Ideo ad ipsum molestandum & fugandum maxime proderunt ea, quæ referuntur ad sensus corporis ab ipso obsessi, de quibus per ordinem dicenda promantur: Et primo de illis sermonem subnectamus quæ ad Tactum referuntur; de quibus dicitur quod ualde cruciatur Diabolus sacrarum mannum impositione; Crucis signaculo, in qua opus fuerit corporis parte, sacro digito facto; Vinculis stolla complexis; Sanctarum Reliquiarum applicatione; Aquæ benedictę aspersione; frequenti insuflatione; pedum conculcatione; & his similibus. Secundo cruciatur Diabolus per ea, quę Visui obiiciuntur; Nam si Exorcista, secundum occurrentes opportunitates, ostendet Spiritibus malis Sanctissimum Eucharistię Sacramentum; Domini nostri Iesu Christi vexillum crucis; Beatæ Virginis Matris, aliorumq; sanctorum, & sanctarum Dei imagines; & similia, maximè

*Per tactum cruciatur Diabolus.*

*Visu cruciatur Diabolus.*

ximè

3 *Ex Olfatu, & Gustu cruciatur Diabolus.*

ximè vexabuntur. Tertio cruciatur Diabolus per ea, quę ad Olfatum relationem habent; De quibus uide in secunda parte huius nostræ practicæ Exorcistarum, Dispersio Dæmonum dictæ, quoniam ibi, huius generis diuersa traduntur remedia.

4 Quarto tandem Diabolus cruciatur, & Maleficia repelluntur per ea, quæ sunt Gustus; sed quoniam de his, tum pertinentibus ad nutrimentum, tum ad medicamentum, exacte notitia traditur in eadem secunda parte huius nostræ Practicę Exorcistarom, ideo hic de illis nulla fit appositio. Sic itaque piè, his studeat Exorcista Diabolo, ac eius maleficis infestationibus contraire.

## De Audibilium usu, in eiectione Diaboli, habendo; ac de ipsorum ordine, in sequenti opere.

## CAP. 16.

*Diabolus audibilibus fugatur.*

AVdibilia magnopere ad expulsionem Diaboli de corporibus obsessis couferre, & sacri canones, & canonicæ testantur scripturæ. Quis enim unquam significationem saltem, nominis Exorcistæ cognouit, & pertinaci negat propositum.

tum uoluntate? Hæc namque uox Exorcista ex grçca in latinam transpositionẽ, idem significat quod adiurans, siue increpans, Vt dicitur C. Cleros, circa si. XXI. Dist. Increpatio autem nonne ad auditũ refertur? Didicimus hoc idem ex lib. 1. Reg. Cap. 16. Cum spiritum domini malum, à Saul Rege recessisse cognouissemus, armonico sono Citaræ, a Dauide miro psalendi artificio percussæ. De audibilibus propterea in præsenti propositionem faciens, duo propono genera: Primum ad sonum pertinet; & secundum ad uocem. Quod ad sonum pertinet, duplex, pro nunc, est: Primum est Campanella, cuius sonus excitabitur in concitationibus, & citationibus, ac figendis terminis; Secundum sunt Organa, Quorum pulsatio in usum accedat in cantu Psalmorum alternatis uicibus more choristarum, & quotienscumque mens obsessi refocillanda erit, & Diabolus feriendus. Secundum autem, quod ad vocem pertinet, sunt Exorcismi; & quæcumque in exorcizando siue sunt dicenda, siue sunt legenda. Hæc aũt omnia in hac prima Parte huius meæ Practicæ Exorcistarum, sunt sub triplici serie redacta. Quæ sunt in prima, Præxorcizationes

*Nomen Exorcista quid significet.*

*Campanellæ usus, & Organorum quando sit habendus.*

tiones dicuntur; ſicut quæ in ſecunda, Exorcizationes; Atque quę in tertia, Poſtexorcizationes. Præxorcizationes autem quinque ſunt: Prima quarum generalis eſt confeſsio exorciſtę; Secunda generalis eſt confeſsio Dæmoniaci, & eius abſolutio: Tertia eſt inuocatio Deo perſoluenda; Quarta eſt proteſtatio Dæmonibus patefacienda; Quinta eſt concitatio malignorum ſpirituum in perſona obſeſſa exiſtentium; Sexta eſt iuramentum Dæmoni prebendum; Et ſeptima eſt ordo, occurrentia à Dæmonibus petendi. Exorcizationes verò ſunt decem; Prima quarum eſt ex ſanctis Dei nominibus; Secunda eſt ex omnium Sanctorum ordine; Tertia eſt ex præcipuis animaduerſione dignis ſanctorum Angelorum; Quarta eſt ex actibus vitæ glorioſæ virginis Mariæ; Quinta eſt ex geſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti; Sexta eſt ex prærogatiuis ſanctarum virtutum; Septima eſt ex inſtitutis Ven. Sacramentorum; Octaua eſt ex præcipuis S. Eccleſiæ Dogmatibus. Nona eſt ex miſteriis Sanctiſsimæ Trinitatis, & vnitatis Dei; & Decima eſt ex lib. Apocalipſis beati Ioannis Apoſtoli. Poſtexorcizationes autem ſunt quinque: Prima eſt Præceptū

faciendum egresſis ſpiritibus, Secunda eſt præceptum faciendum ſpiritibus malis in corpore remanentibus; Tertia eſt maledictio contra nimis obſtinatos Dæmones; Quarta eſt gratiarum actio pro perſona liberata; Et quinta eſt benedictio perſonæ eiuſdem. Honeſtantur autem hæc omnia, debitaq; efficatia reduntur inſignia ab vtriuſque Teſtamenti lectione, aptisſimè ſuis locis diſpoſita; ita, ut uideatur gratia loci illius in fonte ſacrę Bibliæ edita. Et ſic finis huius primæ partis Practicæ Exorciſtarum habetur.

Itaque iam ſeipſos muniant Exorciſte, & his armis, inexpugnabiles reddant: Muniant inq̃, non.n.eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & sanguinem, inquit Sanctus Paulus Apoſt. Sed aduerſus princeps, & poteſtates, & rectores mundi huius tenebrarum harum. Eia agite accingimini, eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, ut accipiatis regnum æternum, in quo perpetuè gaudeatis cum Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto. In ſecula ſeculorum.

FINIS PRAEF.

[illegible]

# EXPVLSIO DAEMONVM.

## QVAE PRIMA PARS EST Practicæ Exorcistarum.

*F. VALERII POLIDORI Patauini, Ord. min. conuentualium, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctoris;*

Maximæ efficacię diuersos continẽs Exorcismos, ad Dæmones & Maleficia de Christifidelibus expellendum.

*Cuius Præxorcizationes secuntur.*

## PRAEXORCIZATIO PRIMA, quæ ęst generalis confessio Exorcistæ.

¶ *Dæmoniaco præsente genuflexè dicat Exorcista.*

Confiteor tibi Pater domine cæli & terræ; Confiteor laudando nomen tuum, a solis ortu vsque ad occasum laudabile; & accusando me, quotidie volun-

*Confiteor tibi Pater &c. Matt 11. Declaratiuè percurritur.*

tarie peccantem: Confiteor tibi, quia tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci; Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis; Domine dominantium, cæli creator, Et terræ firmator; Rex regum, Sancte Sanctorum, Deus deorum; Pater æterne, Filii coęterne, & Spiritus Sancte ſempiterne; Adeſto itaque mihi benigne præoccupanti faciem tuam in confesſione, & miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam.

*Ordo confeſſionis generalis.*

Te domine offendi cogitatione, delectatione, omisſione, commisſione, verbo, & opere. Feci contra decem tuæ ſanctæ legis mandata. Prudentiam, Temperantiã, Fortitudinem, & Iuſtitiam non dilexi. Viuam Fidem, firmam Spem, nec manentem Charitatem ſeruaui. Iniuſte egi Superbia, Ira, Inuidia, Accidia, Auaritia, Gula, & Luxuria. Errauiq; tandem Viſu, Auditu, Guſtu, Odoratu, & Tactu; Sed tu qui diſcimulas peccata hominum propter pœnitentiam, ne auertas faciem tuã a ſingultu meo, & clamoribus; ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, ſed miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam, Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele

iniquita-

iniquitatem meam.

Magnam misericordiam tuam requi, ro quia magna est miseria mea, infinitum commissi peccatum, infinitam maiestatẽ infinitè bonitatis offendens: Bonus es tu, sed non dilexi bonitatem tuam in toto corde meo, nec ex tota anima mea, nec ex tota fortitudine mea; Sed ideo a te ueniam peto, quia bonus es; & a te solo infinito, quia infinitam potens es dimittere culpam: Audi ergo uocem deprecationis meæ de profundis clamantis ad te, & super me misericordiam tuam multiplica; non enim solum te non amaui: sed nec proximum dilexi, in quem non tantum usque septies peccaui sed usque septuagies septies. Tu tamen non huiusmodi peccata mea respicias, sed constitue me, sicut acerrimum, ita dignum ministrum tuum ad omnes Diabolicas machinationes uertendas; Et quia potius parcere eligis, quàm irasci, Miserere mei Secundũ magnam misericordiam tuam; & secundum multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo mũda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me Psal 50.

eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce.n. in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim ueritatem dilexiſti: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me domine hyſſopo. & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Nè proiicias me a facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas, & impii ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meae, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem utique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contr tum et humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac domine in bo

na, voluntate tua Sion vt ædificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, & holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos Gloria Patri &c.

## PRAEXORCIZATIO SECVNDA, quæ Dæmoniaci, & astantium est confessio.

¶ *Surgens Exorcista ab orationis Confessione, si de fide uult, siue oratione habenda, aut de natura Dæmonis, præsentibus uerba facere, compleat hoc pium animi propositum, in nomine domini; sin autem, librum prebeat alicui adiutori, qui nomine presertim Dæmoniaci, & assistentium omnium, genuflexis omnibus, generalem sequentem confessionem faciat.*

COfiteor omnnipotenti Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Deo trino & vno Immaculatę Mariæ semper Virgini, Sancto Michaeli Arcangelo, Beato Abraam Patriarchæ, Dauid Prophetæ, Petro Apostolo Matthæo Euangelistæ, Ioanni Baptistę Innocenti, Stephano Prothomartiri, Siluestro Pontifici, Francisco Cō

*Confessio generalis Dæmoniaci præcipuè, & astantium.*

fessori, Ambrosio Doctori, Egidio Abbati, Paulo primo Eremitæ. Crispo Presbitero, Laurentio Leuitę, Beatæ Catherinæ Virgini, Monicæ Viduæ, omnibus sanctis, & tibi Pater, me grauiter, mea culpa peccasse in Deum, in me, & in proximum, spiritualiter, carnaliter, mortaliter, venialiter, corde, ore, opere & omissione, quorum me nunc omnium peccatorum pœnitet. Ideo abrenuntio, abrenuntio, abrenuntio Diabolo, & operibus eius; dimitto omnibus qui in me peccauerunt, ut Pater meus cælestis dimittat mihi peccata mea; & ideo precor Beatam Mariam semper Virginem, omnes sanctos beatorum spirituum ordines, sanctos Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Innocentes, Martires, Episcopos, Confessores, Doctores, Monachos, Eremitas, Sacerdotes, Leuitas, Sanctas Virgines, & Viduas, omnesq; simul Sanctos, & te Pater orare pro me ad dominũ Deum nostrum, ut tectis omnibus peccatis meis, liberet me ab hoste maligno, & perducat in uitam æteruam.

¶ *Tunc Sacerdos Exorcista, manum per modum impositionis extendendo, dicat super*

*per Dæmoniacum, & Adstantes, sequentem Absolutionem.*

Omnipotens sempiternus Deus, qui per filium suum dominum nostrum Iesum Christũ, dixit sanctis Apostolis suis; Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ipse dignetur uobis dimittere omnia peccata uestra, quę fecistis in ipsum, in uobis ipsis, & in proximum; siue spiritualia, aut venialia, aut mortalia, uel consumata corde, ore, opere, & omissione; Defendat vos Dominus ab omnibus malis; ac liberet ab omni infestatione Sathanicę malignitatis; & det uobis spiritum consilii & fortitudinis, spiritum scientię & pietatis, qui conseruet uos in omni opere bono, & perducat in vitam æternam Amen. *Absolutio Dæmoniaci & adstantiũ*

*¶ Manu ab extensione ressumpta, iniungat Exorcista illi, qui nomine omnium confessionem fecerat, ut intelligibili uoce, sequentem dicat Psalmum.*

Deus misereatur nostri & benedicat nobis illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra uiam *Psal. 66.*

ra viam tuam, in omnibus gentibus salu tare tuum. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitat, & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, Cõfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; & metuant eum omnes fines terræ. Gloria patri, & filio &c.

¶ *Finito Psalmo, dicat Exorcista.*

Visita quæsumus domine creatura habitationẽ istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle, Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper. Per Christum dominum nostrum. Amen.

PRAEXORCIZATIO TERTIA, quę est diuini auxilii postulatio.

¶ *Erecto cereolo benedicto accenso super candolabro, Exorcista stando, sequentem lectionem compleat, absolute incipiendo.*

Domi-

DOmine Domine Rex omnipotens, in ditione .n. tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere uoluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti Cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur, dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuę. Cuncta nosti & scis, quia non pro superbia & contumelia & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum. Libenter.n. pro salute Israel etiam uestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam excepto Deo meo adorarē. Et nūc domine Rex Deus Abraam miserere populi tui, quia uolunt nos inimici nostri perdere & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de Aegypto. Exaudi deprecationem meā, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium ut uiuentes laudemus nomē tuum domine, & ne claudas ora te canentium. *Hest. 13.*

*¶ Et statim Deo Inuocationem persoluat sequentem.*

*Innocatio diuini auxilii contra Dæmones.*

DA Domine Deus gloriam nomini sancto tuo, precesq; mei ministri tui indigni, placatus admitte, ut gratiam potentiæ tuæ efficaciter merear possidere; tunc.n. sic dextera tua munitus, irruã in hos tuos rebelles hominumq; inimicos Dæmones, qui uineam istam tuam dissipare contendunt, & facturam tuam vexare presumunt, quod confusi fugient impii, & dissoluentur, tanquam puluis, quem proiicit uentus a facie terræ; non .n. habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Accingere ergo glaudio tuo super femur tuum potentissime, In adiutorium meum intende, ad adiuuandum me festina, aprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi: Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum, ut hæc creatura tua sub umbra alarum protecta à facie impiorum, qui eã afligunt; prostratus postquam fuerit Diabolus, omnesq; satelites eius omne maleficium, omnis fallacia, omnis incursio, omne nociuum fantasma, & omnis illusio, & reddita sibi sanitate, gratiarum actiones tibi in Ecclesia tua referamus. Quod nobis concedere digneris per temetipsum, qui residens in

solio

solio maiestatis tuæ, in consilio immutabili permanendo, opera mutas, & uiuis & regnas semper. Amen.

## PRAEXORCIZATIO QVARTA, quæ est protestatio Dæmonibus patefacienda.

¶ *Manu super caput Dæmoniaci posita, dum stat, dicat Exorcista.*

EGo minister & seruus Dei & domini nostri Iesu Christi, authoritate, qua fungor, exorcizo uos, Patres mendacii, per Patrem ingenitum; mando uobis, Filii perditionis, per Filium inenarrabiliter genitum; & constringo uos, spiritus maledicti, per Spiritum Sanctum non genitum, sed procedentem, cuiuscunque gradus, conditionis, & prælaturæ existatis, qui hanc creaturam Dei temerè inuadere presumpsistis, in quibuscumque partibus huius corporis habitantes sitis, & subterfugientes latitetis, in essentialibus, siue substantialibus, siue accidentalibus, maioribus, siue minoribus; exterioribus, siue interioribus; superioribus, siue inferioribus; anterioribus, siue posterioribus

rioribus; lateralibus, ſuperfluis, & coadhærentibus; vt ilicò, nulla interpoſita morula, trementes, parati ſitis, ſine læſione huius creaturæ ſacro baptiſmate regeneratæ, confugere ad partem, in quam a me uocati eritis; meq; audire, ac audientes percipere, & percipientes obedire. Et ne aliqua uobis in die iudicii, ante tremendum tribunal Ieſu Chriſti, in his, remaneat excuſatio, inuocando cęlum & terram in teſtimonium, & omnia quæ in eis ſunt, ſi forſitan maleficio aliquo, aut incãtatione, innodatione, detentione, ligatione, interdictione, arte, uel factura, ueſtrorum maiorum, aut ueſtri, uel malorum hominum ſiue mulierum, quouis modo facta, uel quomodocumque nuncupata, detinemini; omnia illa debilito, ſoluo, irrita facio, annullo, deſtruo, ac pro nihilo haberi, authoritate prædicta, decerno. Vobis inſuper ſic authoritate diuina ſolutis iterum efficaci voluntate præcipio, quatenus nullum auxilium ſiue fauorem audeatis accipere, quacumque de cauſa, & ſub quo vultis prætextu, a malignis ſpiritibus extra corpus hoc commorantibus, calidè a uobis requiſitum, uel ſpontè ab illis uobis impenſum: Quibus ideo etiam

*Spiritibus in corpore exiſtentibus ne recipiant, & extra, ne præbeant auxilium, præcipitur.*

omnibus

omnibus malignis ſpiritibus extra corpus hoc exiſtentibus, cuiuſcumque ordinis, dignitatis, & prælationis cenſeantur, diſtrictè precipio vt hinc abire feſtinent, & de facto recedant, per virtutem domini noſtri Ieſu Chriſti; nec ullum uobis auxilium quanuis minimum, quomodocumque & qualitercumque excogitatum, audeant demandare. ✝

¶ *Hic Exorciſta erigat crucem: & clara uoce dicat.*

Ecce crucem Domini; fugite partes aduerſæ. ✝

¶ *Secundo crucem altius, cum uoce ducendo dicat.*

Ecce ſignum crucis, in quo ſalus noſtra pependit; ſugite partes aduerſæ. ✝

¶ *Tertio iterum altius crucem & uocem eleuando dicat.*

Ecce Lignum Crucis, in quo ſalus noſtra pepēdit, ut qui in ligno uincebat in ligno quoque uinceretur; fugite partes aduerſæ. ✝

Deinde

¶ *Deinde dicat Psalmum sequentem.*

*Psal. 82.* Deus quis similis erit tibi? Ne taceas, neque compescaris. Deus Quoniam ecce inimici tui sonuerunt; & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerũt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, uenite, & dispergamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. Quoniam cogitauerunt unanimiter; simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismahelitę. Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec; Alienigenæ, cum habitantibus Tyrum: Etenim Assur venit eum illis; facti sunt in adiutorium filiis Lot. Fac illis sicut Madiam, & Sisaræ; & sicut Iabin in torrente Cisson. Disperierunt in Endon, facti sunt vt stercus terrę. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebeæ, & Salmana. omnes principes eorum, qui dixerunt; hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Deus meus pone illos ut rotam; & sicut stipulam ante faciem uenti. Sicut ignis qui comburit siluas; & sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua; & ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia&quærent nomen tuum domine.Erubeſcant,& conturbentur in ſæculum ſæculi; & confundantur & pereant.Et cognoſcant quia nomen tibi dominus; tu ſolus altisſimus in omni terra.Gloria Patri & Filio &c.

¶ *Pſalmo finito,locum, benedicta aqua, couſpergat,dum dicit.*

Exaudi nos domine Sancte: Pater omnipotens Eterne Deus; & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis,qui cuſtodiat,foueat, protegat, uiſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo.Per Chriſtum dominnm noſtrum. Amen.

¶ *Mox reuertatur ad Obſeſſum,& aliquas ſanctorum reliquias, huic uſui conceſſas, a collo in pectore ipſius pendere faciat,& immediate ſubiungat.*

*Reliquiæ ſanctorum ſunt applicandæ obſeſſis.*

Nulli ergo omnino Dæmonum liceat hanc Proteſtationis Exorcizationem,Deſtructionem, & Inhibitionem contemnere,uel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit

D in im-

in immersionem horribilis incendii ignis & sulphuris infernalis gehennæ se nouerit incursurum.

## PRAEXORCIZATIO QVINTA, quæ est Dęmonum concitatio.

ad linguā.

¶ *Vt ascendant Dæmones ad linguam, siue (mutatis mutandis) ad aliam corporis partem; aut ut etiam descendant, præmisso campanellæ sono, Exorcista prosequatur.*

IN nomine igitur Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti †; Dei ultionum; fortis & potentis in prælio; facientis iudicium & iustitiam, & superbis retributionem reddentis: Ego minister Dei uiui & ueri, authoritate qua fungor, Exorcizo uos spiritus immundos, & uirtute munitus diuina districtè Exorcizando uos concito, ut nullam moram protrahentes, et omnem aliam occasionem deponentes, realiter personaliter, in extrema superiori parte linguæ huius creaturæ Dei, ante tribunal domini nostri Iesu Christi, triumphatoris temeritatis uestrę,

illum

illum tenebrarum principem, qui in uobis primam ſedem obtinet, comparere cogatis; Cui etiam atque etiam diſtrictius, authoritate prædicta præcipio, ut ibi, modo prædicto compareat, ſine animæ, uel iſtius corporis læſione, ut ibi det gloriã creatori ſuo, & mihi obediat uices ſuas in hac parte gerenti. Eſtote igitur uos obedientes; & ille ſtatim aſcendẽs, Deum metuat, qui omnia quæcunq; uoluit fecit; Qui dixit & facta ſunt; et cui omnes obediunt creaturæ. Audi itaque maledicte princeps tenebrarum, & tortuoſe Coluber; audi altisſimi mandatum, qđ, ne me dum peccatorem cognoſcis contemnas, asſigno tibi tres terminos ad cõparendum. In quorum primo Pſalmum Propheticum; In ſecundo Lectionem Propheticam; et in tertio Lectionem Euangelicam recenſebo; Quibus elapſis, ſi contumax fuerit tuæ rebellionis obſtinatio, in interminatæ maledictionis excommunicationem incurras, et deinceps corpus hoc ſit tibi in nouum infernum, omniaq; verba mea carbones ignis ardentis, et ictus oculorum noſtrorum ſagitte uolantes, Miſſuſq; tandem ſis in maiorem cruciatum, quam alter Dæmon crucietur.

3 *Termini aſſignantur malis ſpiritibus ad comparendum.*

Sed ad primũ iam terminum exſoluendũ cum SanctoPropheta deſcendo dicendo.

*Habac. 3.* Domine audiui auditionem tuam, et timui.Domine opus tuum; in medio annorum uiuifica illud. In medio annorum notum facies; cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Deus ab auſtro ueniet; et ſanctus de Monte Pharam: Operuit Cælos gloria eius; et laudis eius plena eſt terra.Splendor eius ut lux erit;cotnua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius;ãte faciem eius ibit mors. Egredietur Diabolus ante pedes eius; ſtetit et menſus eſt terram: Âſpexit, et diſſoluit gentes;et contriti ſunt motes ſęculi.Incuruati ſunt colles mundi: ab itineribus æternitatis eius. Pro iniquitate uidi tentoria AEtiopiæ; turabuntur pelles terræ Madian.Nunquid in fluminibus iratus es Domine; aut influminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua? Qui aſcendis ſuper equos tuos; et quadrigæ tuæ ſaluatio. Suuſcitans ſuſcitabis arcum tuum; iuramẽta tribub⁹ quæ locutus es. Fluuios ſcindẽs terræ uiderunt te et doluerũt mõtes;gurges aquarũ trãſiit. Dedit abyſſus uocẽ ſuam; altitudo manus ſuas leuauit.

Sol,

Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo; in luce ſagittarum tuarum, ibunt, in ſplen dore fulgurantis haſtæ tuę. In fremitu con culcabis terram; & in furore obſtupeſacies gentes. Egreſſus es in ſalutem populi tui; in ſalutem cum Chriſto tuo. Percuſſiſti caput de domo impii; denudaſti funda mentum eius vſque ad collum. Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius; venientium ut turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum; ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito. Viam feciſti in mari equis tuis; in luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus eſt venter meus; a uoce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis; & ſubter me ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis; & aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ficus enim non florebit; & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ; & arua non afferent cibum. Abſcindetur de ouili pecus; & non erit armentum in præſepibus. Ego autem in domino gaudebo; & exultabo in Deo Ieſu meo. Deus dominus fortitudo mea; & ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me victor; in pſalmis canentem. Gloria Patri & Filio &

Spiritui Sancto: Sicut erat &c.

Durum est tibi Deo uelle resistere; durum est tibi contra stimulum calcitrare. Reccede igitur maligne spiritus, de omni latibulo corporis huius,& veni in tibi deputatum manifestationis locum; quoniá Christus vincit†, Christus regnat†, Christus imperat†, cum enim secundus inceperit terminus citò transibit. Audi Lectionem Propheticam pro eo deputatam.

*Naum. 1.* Quid cogitatis contra Dominum; Cósumationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ seinuicem complectũtur sic conuiuium eorum pariter potantium. Consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans contra dominum maliciam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit dominus. Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque attondentur,& pertransibit, Afflixi te, & non affligam te ultra. Et nũc conteram uirgam eius de dorso tuo,& vincula tua dirumpam, & præcipiet super te dominus. Non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Ecce

super

ſuper montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Celebra Iuda feſtiuitates tuas,& redde uota tua, quia non addiiciet ultra, ut pertranſeat in te Belial, uniuerſus interiit.

Quo etiam ſubterfugis? Quo? Superba beſtia? Audi,& intellige, tu qui ſpernis Deum; propheticam.s.vocem dicentem. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades; Si ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris,etenim illuc manus tua deducet me & tenebit me dextera tua. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delitiis meis: Quia tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur; ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Pauor igitur aprehendat te,& de contumaci tua rebellione iam time, tertio ſigno tibi in linguam ad comparendum ſtatuto, ſuccedente, Euangelicæ.s.Lectionis immediate ſequentis. *Psal. 138.*

Sequentia s. Evangelii.

Exeunti Ieſu de Naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monu- *Mar. 5.*

mentis. Et neque catenis iam quisquam poterat eum ligare, quia sæpe compedibus & catenis uinctus, dirupisset catenas & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamás, & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum a longe, cucurrit & adorauit eum. Et clamans uoce magna dixit: Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum; Quod tibi nomen est? Et dicit ei; Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. Et deprecabantur eum spiritus dicentes; Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos. Et magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari.

## PRAEXORCIZATIO SEXTA,

Quæ usus stolæ est, & iuramentum Dæmoni dandum.

Stola

¶ Si

¶ *Si non aſcenderit uocatus ſpiritus e-xorciſta ipſum arguat & increpet in omni patientia & doctrina quouſque tandem aſcendat ; ſed ſi adhuc negligat aſcendere, non erit ab Exorcizationibus deſiſtendum, uſu ſtollæ præmiſſo, ut hic continuè ſubnectitur. ſi autem aſcenderit, ſtando, ligationẽ parans, dicat lectionem ſequentem.* *Si non aſcenderit uocatus ſpiritibus quid ſit agendum.*

Lectio Lib. Apocalip. beati Ioannis. Apoſtoli.

VIdi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abiſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit Draconem, ſerpentem antiquum , qui eſt Diabolus & Satanas , & ligauit eum per annos mille. Et miſit eum in abiſſum & clauſit , & ſignauit ſuper illum ut non ſeducat amplius gentes donec conſumẽtur mille anni. *Apoc. 20.*

¶ *Qua lectione finita, collocet Exorciſta ſtollam apertam ſuper humero ſiniſtro Obſeſſi, æqualiter ante & retro pendentem, & liget ipſam ſub eiuſdem dextro, dum dicit,* *Stollæ uſus quomodo ſit habendus.*

Sicut ſanctus Dei Angelus uirtute Dei, ſerpentem antiquum, catena magna ligauit, & ſuper ipſum ſignauit; ita ego authoritate ipſius, te ligo, creatura reprobata, ſtolla hac ſacra, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & ſigno ſignaculo Sanctæ Crucis †, ut proſternas te, cum omnibus ſatelitibus tuis, & obedias Deo, & mihi miniſtro eius. ame.

¶ *Tunc, ſtando à ſiniſtris perſonæ obſeſſæ, parans iuramentum Dæmoni dandum, dicat lectionem ſequentem.*

Zac. 3. Lectio Zachariæ Prophetæ.

Oſtendit mihi dominus Ieſum Sacerdotem magnum, ſtantem coram Angelo domini, & Satan ſtabat a dextris eius, ut aduerſaretur ei. Et dixit dominus ad Satan; Increpet dominus in te, qui elegit Hieruſalem.

¶ *Inde recedens, exiſtens, ante faciem perſonæ obſeſſæ, dicat.*

Luc. 9. Lectio Sancti Euangelii ſecundum Lucã.

Cõuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis uirtutem, et poteſtatem ſuper

omnia

omnia Dęmonia, & ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

*¶ Tunc sedeat Exorcista, & exceptis iunctis manibus personæ obsessæ, infra manus suas; siue dextera manu personæ obsessæ, posita super manum suam; aut super altare; Iuramentum hoc loquenti Dæmoni præbeat, ad ueritatem dicendam, & obedientiam præstandam inducens.*

Iuramentu.

***Forma iuramenti Dæmon. dandi.***

Cuiuscumque captiosę deceptionis tacita stipulatione pretermissa, Ego tibi ministro Christi libere promito, & promissionem efficaci iuramento confirmo, me posthac sponte occurrente, siue te interrogante, semper uera dicere, & veraciter respondere; nec non Deo, & tibi, ex officio mihi precipienti, in omnibus obedire: Quod si contempsero, vltorem gladium iræ furoris iusti iudicii altissimi cõtra me inuoco irritatiuè prouocando; vt mittat in me hodie principem militiæ exercitus sui, Sanctum Michaelem Arcangelum, qui tradat me in manibus inimicorum meorum, & trudat in stagnum ignis & sulphuris, vbi & Bestia, & pseudo prophetę

phetè cruciabuntur die ac nocte, in secula seculorum.

¶ *Subiungat Exorcista immediatè, sicut qui recipit iuramentum, ipsum quasi confirmando, & dicat.*

Fiat, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; Amen: Et hæc faciat tibi Deus, & hęc addat.

PRAEXORCIZATIO SEPTIMA, quæ modus Dęmones interrogandi est.

¶ *Sexta transacta Præxorcizatione, Exorcista dicat Diabolo ut se patet ad duo .s. ad uerum dicendum, & à corpore discedendum, dum perlegit sacras lectiones sequentes; & stando, facie ad altare conuersa, dicat.*

Lectio libri Tobiæ.

*Tob. 6.* INterrogauit Tobias Angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, ut dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens Angelus, dixit ei: Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus

eius

eius extirpat omne genus Dæmoniorum, siue a uiro, siue a muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. Et fel valet ad ungendum oculos in quibus fuerit albugo & sanabũtur, Et dixit ei Tobias: Vbi vis ut manducemus? Respondensq; Angelus ait: Est hic Raguel nomine uir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Sarã, sed neque masculum, neque fæminam ullam habet aliam præter eam. Tibi debetur omnis substantia eius & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam a patre eius, & dabit tibi eam in uxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit: Audio Quia traditam est septem uiris, & mortui sunt, sed & hoc audiui, quia Dæmonium occidit illos, timeo ergo, ne forte & mihi hæc eueniant, & cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus præualere potest Dæmonium. Hi namque, qui coniugium ita suscipiunt ut Deum a se, & sua mente excludant, & suæ libidini ita uacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem Dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam

ingres-

ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus uacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur Dæmonium.

*¶ Conuertat se Exorcista ad personam obsessam, & dicat.*

Lectio Sancti Euangelii Secundum Lucam.

*Luc.8.*

Cum de naui Iesus egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam qui habebat Dæmonium iam temporibus multis, & uestimentum non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illum, & exclamans uoce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est Iesu, fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Precipiebat enim Spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur a Dæmio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: legio, quia intrauerunt Dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum,

lum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent.

¶ *Sedeat Exorcista, & ordine sequenti petitiones faciat.*

Exorcizo te nequam spiritus; qui pro ueritate sponte dicenda, aut interrogatus non abscondenda, iuramento professus es; ut mihi respondeas. et de quibuscunque te interrogauero, ueritatem sine fraude dicas. Responde itaque Quod nomen tibi est? &c.

*Forma petē di aliquid a Dæmone.*

¶ *Hic petat Exorcista quicquid uult, ex illis, quæ docentur in Præfatione, Cap. x. & si intentum non adipiscitur, continuationem faciens subiungat.*

Exorcizo te ut respondendo ueritatē dicas, per summum creatorem, fontem omnis boni, omni bono boni; & suæ bonitatis creaturis multiformiter communicatiuum.

Per bonum ab efficaci uoluntate altissimi proueniens, quod gratia eius dicitur.

*Gratia Dei, unde, quotuplex, & quid sit.*

Per eius gratiam generalem, qua omnia

nia ſunt,et ad naturalem proprium finē ordinata conſiſtunt ; Cuius dicebat Di-
1. Cor. 15. uus Paulus , Gratia Dei ſum id quod ſum.

Per eius gratiam ſpecialem,qua rationalis creatura ad ſupernaturalem proprium finem ordinatur . Cuius dicebat
Eph. 1. Apoſtolus ; Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gratiæ ſuæ.

Per eius gratiam ſpecialem, gratis datam;donum ſupernaturale, rationali creaturè collatum,ſine meritis , diſponens ad ſalutem propriam,uel alterius.Cuius dice
1. Cor. 13. bat Vas electionis; Si habuero prophetiam,et nouero miſteria omnia etc.

Per gratiam gratis datam ſermonis ſapientię,per diuinum ſpiritum, Sermonis ſcientię, ſecundum eundem ſpiritum;Fidei, in eodem ſpiritu ; Gratiæ ſanitatum, in uno ſpiritu; Operationis uirtutum;Prophetiæ;Diſcrepationis ſpirituum ; generū linguarum, Et interpretationis ſermonū.
1. Cor. 12. Quę omnia (dicebat Prædicator gentium) operatur;unus atque idem ſpiritus,diuidens ſingulis prout uult.

Per

Per gratiam gratum facientem; donum ſupernaturale rationali creaturæ datum, ipſam ad ſalutem habilitans, & templum Spiritus ſancti faciens: Vnde dicebat ſpiritus ſancti lingua; Neſcitis quod templū Dei eſtis vos, & Spiritus Sanctus habitat in vobis? *1. Cor. 7.*

Per gratiam inchoatam, quæ augeri, & ammiti poteſt: Vnde dicebat ſuç gratiæ conſcius; Si quis exiſtimat ſe ſtare, uideat ne cadat. *1. Cor. 10.*

Per gratiam conſumatam, quç augeri, & ammiti non poteſt: Vnde dicebat tuba illa Dei; Gratia Dei vita çterna. *Rom. 6.*

*Gratiæ Dei in nobis recepta ordo nominis diuerſitas, & effectus.*

Per gratiam præuenientem, qua auertimur a malo: Per gratiam operantem, qua ſecundum interiorem hominem conuertimur ad bonum: Per gratiam cooperantem, qua incipimus exterius operari bonum: Per gratiam concomitantem, qua in bono incepto perſeueramus. Per gratiam ſubſequentem, qua perſeuerantam ad merendum, vlterius protrahimur, uel uſque ad recidiuationem, vel ad mortem.

Per neceſſitatem gratiæ Dei, quam habet homo in peccato; vt declinet a malo; & poſt peccatum, ut perſeueret in bono.

perq; eadem gratiā, quā habuerūt oēs sācti, in pſēti seculo: & p gloriā quā habent in alio, in quo deo fruētes, gaudēt in secula seculorū amē.

ſit oculum,non conſiderat? Qui corripi[t]
gentes,non arguet? Qui docet hominem
ſcientiam ? Dominus ſcit cogitationes
hominum: quoniam vanæ ſunt . Beatus
homo, quem tu erudieris domine, &
de lege tua docueris eum . Vt mitiges
ei a diebus malis; donec fodiatur pecca-
tori foueam .

Quia non repellet dominus plebem
ſuam,& hæreditatem ſuam non derelin
quet . Quoadusque iuſtitia conuertatur
in iudicium:& qui iuxta illam,omnes,qui
recto ſunt corde.Quis conſurget mihi ad
uerſus malignantes ? Aut quis ſtabit me-
cum aduerſus operantes iniquitatem?Ni-
ſi quia dominus adiuuit me: paulominus
habitaſſet in inferno anima mea. Si dice-
bam motus eſt pes meus ; miſericordia
tua domine adiuuabat me. Secundũ mul
titudinem dolorum meorum in corde
meo: conſolationes tuę letificauerunt a-
nimam meam. Nunquid adhęret tibi ſe-
des iniquitatis:qui fingis laborem in pre-
cepto? Captabunt in animam iuſti:& ſan
guinem innocentem condemnabunt . Et
factus eſt mihi dominns in refugium : &
Deus meus in adiutorium ſpei meę . E-
reddet illis iniquitatem ipſorum,& in ma

Cócede mihi domine firmę ſcutum fidei, ad repellendum perfidos rebelles.

*¶ Et elleuans aliquantulum brachium dextrum, concluſa manu, dicat.*

Et gladium tui Spiritus da mihi, ad habendam victoriam de tyranno. Amen.

INITIVM EXORCIZATIONIS.

*¶ Stando coram altare, dicat Exorciſta Pſalmum ſequentem.*

DEus vltionum dominus: Deus vltio num libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis. Vſque quo peccatores domine: vſque quo peccatores gloriabuntur. Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur oẽs qui operantur iniuſtitiam? Populum tuũ domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Viduam, & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. Et dixerunt non uidebit dominus: nec intelliget Deus Iacob. Intelligite inſcipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem non audiet? Aut qui fin- *Pſal. 93.*

E 3

B A in bono.

Perq; tandem gratiam, quam habuerunt omnes sancti, in præsenti seculo; & per gloriam quam habent in alio; in quo Deo fruentes, gaudent in Secula Seculorum.

FINIS.

litia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat. &c.

*¶ Vertens se Exorcista versus personam obsessam dicat sequentem lectionem.*

Lectio Isaię Prophetę: *Isa. 14.*

Quomodo cecidisti de Cęlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In Cælum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in mōte testamenti in lateribus aquilonis. Ascēdam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospicient. Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, unusquisque in domo sua, tu autem proiectus es in sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci. Quasi cadaver putridū nō habebis cōsortiū regū cū oībus in sepultura. Tu enim terrā tuā disperdidisti, & populū tuū occidisti. Deo gratias.

¶ *Signans se signaculo crucis in fronte, dicat.*

Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandum Diabolicos incursus.

¶ *Signans se signaculo crucis, in pectore dicat.*

Indue me Loricam iustitię, ad Satanę vertendam pressionem.

¶ *Signans se signaculo crucis, in ventre, dicat.*

Succinge lumbos meos in veritate, ad cōterrendum autores falsitatis.

¶ *Faciens signum crucis versus crura, vel pedes suos dicat.*

Calcia pedes meos in preparatione Euangelii pacis, ad expellendum eos, qui bella volunt.

¶ *Faciens signum crucis versus brachium sinistrum suum dicat.*

# EXPVLSIONIS DAEMONVM.

F. VALERII POLIDORI

*Patauini, Ord. min. Conuentualium; Artium, & Sacræ Theologiæ Doctoris; Ad Dæmones, & Maleficia de Christifidelibus expellendum, Exorcizationes secuntur.*

## EXORCIZATIO PRIMA,

Prima

Quę ex Sanctis nominibus Dei est.

¶ *Signans se Exorcista signo crucis dicat.*

**Introductio Exorcizationum.**

IN EXPVGNABILEM me redde domine armatura tua; vt possim stare aduersus insidias Diaboli, ✝B

~~[illegible]~~ ✝B signas se ✝ fidelis

cadauer putridum non habebis consortium neque cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam disperdidisti, & populum tuum occidisti.

*¶ Manu posita super uertice capitis personæ obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii Secundum Marcum.

Mar. 16. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duriciam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, nō crediderunt, & dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prędicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui, crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super egros manus imponent, & bene habebūt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet a dextris Dei. Illi autem profecti præ

dicauerunt vbique, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

¶ *Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus astantibus, dicat Litanias sequentes.*

## LITANIE.

KYrie eleison. ℟. Kyrie eleison.
Deus, Deus, Deus. ℟. Adesto nobis.
Deus, Deus noster. ℟. Miserere ei.
Deus deorum. ℟. Disperde illos.
Deus innefabilis. ℟, Disperde illos.
Deus distans a non esse. ℟. Disp. illos.
Deus qui es quod es. ℟. Disperde illos.
Deus esse nō habēs post nō esse. ℟. dis. illos.
Deus nō habens post esse non esse. ℟. di. il.
Deus qui es a seculo. ℟. disp. illos.
Deus summa bonitas. ℟: disperde illos.
Deus à quo sunt bona cuncta. ℟. dis. illos.
Deus totius consolationis. ℟. disp. illos.
Deus saluos faciendi. ℟. disp. illos.
Deus salutarium nostrorum. ℟. disp. illos.
Deus largitor veniæ. ℟. Disp. illos.
Deus dissimulans peccata. ℟. disp. illos.
Deus pœnitentia placabilis. ℟. disp. illos.
Deus nos sanans castigando. ℟. disp. illos.

*Dicta notabilia multa de Deo.*

Verte 2. F3

Deus collapsa.

*Nomen Dei Sæmhāphoras.*

nomen Scemhamphoras †, quod puram significat, & sumè simplicem essentiam Dei, cum existendi realitate, infinitatis modificatione, & æternitatis ratione; Nō excludens nihilominus, in vnitate eiusdē Essentiæ, diuinarnm personarum pluralitatem, expositum; Quapropter verè dicitur; Ab, Elohim; Ben, Elohim; Ruac accades, Elohim; Haeloha echad uelo scieloscia.

*Eloha.*

Exorcizo vos per sanctum nomen Eloha †, cuius per ipsum significatæ Deitatis conceptus, talis est supereminentis excelentiæ, vt a nullo creato intellectu omnimodè comprehendi possit, sed ab infinito tantum.

*Ab.*

*Esa. 66.*

Coniuro vos per nomen Ab †, a cuius significato supposito, tanquam a Patre fecundissimo, ad intra, Verbum generatur; Isaia Propheta dicente; Ego qui generationem aliis tribuo ipse sterilis ero? Ad extra autem vniuersum, operatione à Filio, & Spiritu Sancto indiuisa productum est: dicente Malachia; Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos?

*Mala. 2.*

Bar

Precipio vobis per nomen Bar †, quo res diuina signata accipit, a se producente,

memoriā

¶ *Sedeat hic Exorcista, & sequentia compleat.*

## ✳ EXORCISMVS. I.

PEr Sanctum, & terribile misterium sacrorum nominum diuinæ optimæ maximæ maiestatis; Sanctum inquam, & terribile; Sanctum creaturis bonis per misericordiam; terribile, creaturis malis, per iustitiam; sanctum, Sanctis Angelis in cæli gloria;& terribile, uobis in tormentis inferni. Ego minister diuinæ maiestatis indignus; Exorcizo te.N.cruenta bestia, cum omnibus satelitibus tuis; Et omnes alios malignos spiritus in corpore huius creaturæ Dei existentes, vt discedere festinetis ex hoc plasmate Dei, lauacro baptismatis regenerato, & precioso sanguine domini nostri Iesu Christi redempto, realiter personaliter, potestatiue, ac virtualiter, cum omnibus malitiis, & Maleficiis vestris, atque omni vexationum genere;& eatis ad loca uobis à Deo parata, vobisq; congruentia, in quibus alicui creaturę nequaquam nocere præsumatis.

*Sanctum & terribile nomen Psal. 110. introductorie declaratur.*

Exorcizo uos per incomprehensibile

nomē scemhaphoras.

maleficijs

D. Deus collapsa reparans. ℟. disp. illos.
Deus reparata conseruans. ℟. disp. illo[s]
Deus sine quo nihil est ualidum. ℟. dis. il[los]
Deus cuius cælum sedes est. R. disp. illos
Deus cuius uox super aquas. R. disp. illos
Deus cui seruire est regnare. R. disp. illo[s]
Deus cui omne cor patet. R. disp. illos.
Deus cui oīs uoluntas loquitur. R. dis. il[los]
Deus quem nosce est uiuere. R. disp. illo[s]
Deus celsitudo humilium. R. disp. illo[s]
Deus protector in te sperantium. R. dis. i[llos]
Deus vita viuentium. R. disp. illos.
Deus lumen animarum. R. disp. illos.
Deus virtus incommutabilis. R. disp. i[llos]
Deus pastor Fidelium. R. disp. illos.
Deus patrum nostrorum. R. disp. illos.
Deus custos omnium. R. disp. illos.
Deus mirabilis in sanctis. R. disp. illos.
Deus rerum tenax vigor. R. disp. illos.
Deus maiestas intonans. R. disp. illos.
Deus magnus dominus. R. disp. illos.
Deus in timore statuens. R. disp. illos.
Deus exaltans in salute. R. disp. illos.
Deus qui iudicas iustitiam. R. disp. illos.
Deus turris fortitudinis. R. disp. illos.
Deus terribilis in consiliis. R. disp. illos.
Deus noster refugium. R. disp. illos.

uerte . l . oro . pater nr. ~~[illegible]~~ . l . ~~[illegible]~~

per memoriam ſecundam, eandem numero naturam cum ipſo, quando generatur in die æternitatis. Dicente Propheta; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Cuius admirans Iſaias dicebat; Generationem eius quis enarrabit? *Pſal. 2.* *Iſa. 53.*

Conſtingo vos per nomen Veruach accodes † cuius ſuppoſitum per modum voluntatis exiſtens, ex Patre, Filioq; procedit: domino dicente; Spiritus veritatis qui a Patre procedit ille teſtimonium perhibebit de me: Et iterum; Ille de meo accipiet, & anunciabit vobis. Vt diſcedatis ab hac creatura Dei, cum omni comitatu, virtute, & maleficio, arte humana ſiue Diabolica excogitato. *Veruach accodes.* *Ioan. 15.* *Ioan. 16.* ut discedatis malef.

Præcipio vobis in nomine innefabili Iehoua †, ſiue Thetragrammaton .s. Iod, Hè, Vau, Hè. cuius ſignificatione miſterii, & diuinarum perſonarum trinitas, & diuinæ eſſentiæ vnitas mirabiliter declaratur: In Iod, quod eſt; Caput, ſiue Principium; Patrem principium operationum ad intra intelligendo; & cum Filio, & Spiritu Sancto, ad extra. In Hè, quod eſt; Eſſe; Filium, quo ſunt omnia; omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. In Vau, quod eſt; *Iehoua, Thetragrāmaton.* Iod He *Ioan. 1.* Vau.

vita

uorte 2 B

patir nr. reni



mittimus debitoribus nostris, respiceq; in nos & miserere nostri,& dimitte vniuersa delicta nostra: & ne nos inducas in tentationem mundi,in quo præssuram habemus; carnis, quæ concupiscit aduersus spiritum; & Diaboli qui tanquam Leo rugiens nunc aperte irascitur nobiscum, sicut aliquando ut Draco seuiens nimis ocultè insidiatur: Tu es autem ipse rex noster, qui mandas, salutes Iacob; in te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis; Atque, te duce conculcabimus Leonem & Draconem. Adesto itaque famulatus nostri precibus, & hoc plasma tuum ab inimicis manus tuæ, vexatum potenti virtute liberare dignare. Memor esto domine quomodo te aliquando in cælo ad emulationem proucocauerint, & in terra ad iracundiam concitauerint, & superbia eorum qui te oderunt ascendat semper. Ne itaque permittas illos obsessu nocere quantum uelint huic creaturę tuæ, & nobis molestos esse, sed libera nos à malo animæ, & corporis; nunc, & semper; & in secula seculorum. Amen. uerte retro 2 Exorcismus. Per sanctū ✱.

*¶ Surgens Exorcista, stando, facie conuersa ad altare, Deum exoret ut sequitur.*

℣. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Exurge domine Deus & exaltetur manus tua.
R. Ne obliuiscaris pauperum.

## ORATIO.

PAter noster, qui prædestinasti nos in æternam gloriam tuam. Qui possedisti, fecisti, & creasti nos; Quiq; dedisti nobis spiritum adoptionis in quo clamamus Abba Pater, qui es in cælis per gloriam, in terris per gratiam, & in infernis per diuersos effectus iustitiæ; sanctificetur nomen tuum, & clarificare in omnibus gentibus sicut clarificatus es in nobis: Adueniat regnum tuum & conuerte nos, ostende faciem tuam & salui erimus: Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, & gressus nostros dirige secundum eloquium tuum: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & diuitias, & paupertates ne dederis nobis, sed tantum uictui nostro tribue necessaria. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-

*Oratio dominicalis expositiuè percurritur.*

mittimus.

Vita, siue Virtus; Spiritum Sanctum, cui virtus tribuitur, sicut Potentia Patri, & Sapientia Filio. Atque deinde in Hè, quod est; Esse; Essentiam diuinam, vnam in tribus prædictis personis.

*Hebeie.* Constringo vos in nomine indicibili Heheie †, quo dominus voluit a filiis Israel, in captiuitate AEgipti cognosci: ipso dicente Moisi seruo suo; Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israel; Qui est

*Exo. 3.* misit me.

Exorcizo vos ut exeatis statim, verè, sine dolo, & fallacia aliqua, in nomine

*Haia.* Haia houe ueihe †, Deo ex æternitate conuenientissimum; sicut viginti quatuor seuiores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, cadentes in facies suas, & Deum adorantes, adiudicarunt, cum dicerent; Gratias agimus tibi domine Deus

*Apoc. iiij.* noster omnipotens: qui es, qui eras, & qui venturus es.

Constringo uos hinc abire cum omni societate vestra & omni maleficiorum ge-

*El.* nere, per nomen El † propter fortitudi-

*Iud. 24.* nem infinitæ potentiæ Dei, sibi, maxi-

*P. Reg. 2.* mè debitum: Sanctus est enim, & for-

*Sabaoth.* tis emulator; & non est fortis sicut Deus noster.

Exorcizo

Exorcizo vos per nomen Dei Sabaoth † quod Hieremias Propheta domini manifestauit, dum supplicationes funderet ipsi dicendo; Tu autem domine Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis. Sicut & ego nunc vltorem gladium inuoco, super omnes vos malos spiritus, à domino Deo exercituum. *Sabaoth.* *Hier. ij.*

Coniuro uos per nomen Agla †, omnipotentis æternitatis, & ęternæ potestatis, in misterio uisioni noctis Danieli mirificè demonstratæ, in quasi filio hominis in nubibus cæli venientis usque ad thronum antiqui dierum sedentis, a quo & potestatem, & honorem, & regnum accepit æternum; Potestas eius nanque potestas æterna est, quæ non auferetur; & regnum eius quod non corrumpetur. *Agla.* *Dan. 7.*

Exorcizo uos ut obedientiam Deo, ab hac creatura eius discedentes, exhibeatis, per uirtutem nomini Adonai †, cuius locutus est dominus ad Moisem dicens; Ego dominus qui apparui Abraam, Isaac, & Iacob in Deo omnipotentem, & nomen meum Adonai non iudicaui eis: Ipse est qui vocat aquas maris, & effudit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. *Adonai.* *Exod. 6.* *Amos. 9.*

F Con-

# EXPVLSIO.

Coniuro uos per uirtutem nominis
*Cados.* Cados †, Dei Sancti Sanctorum, Sancti
imparticipata Sanctitate, Sancti per na-
turam: Non eſt enim Sanctus ut eſt do-
*1. Reg. 2.* minus, neque eſt enim alius extra ipſum,
& non eſt fortis ſicut Deus noſter; Qua-
propter Seraphim ſubter ſolium excel-
ſum & eleuatum domini ſtantes, clama-
bant alter ad alterum; Sanctus, Sanctus,
Sanctus Dominus Deus exercituum, ple-
*Iſa. 6.* na eſt omnis terra gloria eius.

Precipio vobis per virtutem, nominis
*Sciadai.* Sciadai †, domini fortis, & potentis, do-
mini potentis in prelio, qui fecit magna-
lia in Aegipto mirabilia in terra Cham
& terribilia in marirubro, in exitu Iſrael
de Aegipto, domino Moiſe canente, at
*Exod. 15.* que dicente, Dominus quaſi vir pugna-
tor, omnipotens nomen eius, Currus
Pharaonis & exercitum eius proiecit in
mare.

*Alpha, & O* Coniuro uos in uirtute nominis Dei
*mega.* Alpha, & Omega †; Alpha inquam ſine
Alpha, Omega ſine Omega: Alpha ſine
Omega, Omega ſine Alpha; Alpha in ſe,
Omega nobis; Alpha ut creator Omega
ut glorificator: Ioanni ſeruo ſuo reuela-
*Apoc. 22.* tum per Angelum dicentem; Ego ſum

Alpha

Alpha & Omega, primus & nouissimus principium & finis. *Agyos, & yschiros.*

Pręcipio uobis in uirtute nominis Dei Agyos, & yschiros †, celebre,& admirabile nimis, iuxta illud de quo dictum est Iacob, ab eo cum quo luctatus fuerat vsque mane, a quo & nominis nouitatem habuit, quando cum de eius inquireret nomine, responsam accepit dicentis; Cur queris nomen meum quod est mirabile? Et benedixit ei in eodem loco. *Gen. 32.*

Constringo uos in uirtute nominis Dei Otheos & Athanatos †, comendatissimum & mirificum ualde, sicut illud de quo cum quereret Manue ab Angelo, sibi multa de uitæ mulieris uxoris suę in usu ciborum ducatu, disponente, atque futura reuelante, tale tesponsum habuit; Cur queris nomen meum, quod est mirabile. Et tandem ipsum in sacrificio cognouit. Per ipsum nomen itaque vos hinc abire constringo,& ab hoc Dei plasmate discedere. *Otheos, & Athanatos.* *Iudic. 13.*

Precipio uobis,uosque constringo per hæc omnia nomina Sancta Dei recensita Scemhamphoras †, Eloha, Ab, Bar, Ruac accodes,Gehoua,Thetragramaton,Heheie, Haia houe ueiheie, El, Sabaoth, Agla, *Nomina Dei Hebrea multa, grecaq;.*

 Adonai,

donai, Cados, Sciadai, Alpha, & Omega, Agyos, & yſchiros, Otheos, & Athanatos, ut omni mora poſtpoſita, ſine leſione animæ, & corporis huius creaturæ Dei, vel alterius, ipſam liberam à quacumque veſtra inhabitatione, & vexatione, ſine dolo aliquo, uel fraude, hinc diſcedere feſtinetis.

Exorcizo uos tandem, atque coniuro per omnia alia nomina: ſancta Dei eſſentialia; ſiue illa ſint eſſentialia ſubſtantiua, ſiue eſſentialia adiectiua: ſiue illa ſint eſſentialia ſubſtantiua concretiua, ſiue eſſentialia ſubſtantiua abſtractiua; ſiue illa ſint eſſentialia adiectiua concretiua ſiue eſſentialia adiectiua abſtractiua; ſiue perſonalia; ſiue notionalia; ſiue illa ſint notionalia perſonalia, ſiue notionalia notionũ; ſiueq; tandem attributa, ut ab omni maleficio, cuiuſcumque ſit conditionis, & qualitatis, ſiue ſit factum à Dæmone ſponte malignante, ſiue à viro, aut a muliere inuocatione diabolica; ſiue ſit factum ad tempus, ſiue perpetuo tempore, hanc imaginem Dei ſolutam relinquatis, & ad loca conuenientia, vobis a Deo parata cõfugere non tardetis.

*Nomina quecunque, & quomodocũque de Deo dicibilia.*

Quod ſi non feceritis nunc; væ, væ, væ

uobis,

uobis, diuinam nanque concitatam relinquitis maiestatem, quam non est fugere, contra quam non datur consilium, nec deceptiuæ simulationis ualet sagacitas. Quid igitur? N. maledicte princeps? Quid cogitas contra dominum? Vosq; ceteri Spiritus mali, quid profundi estis corde, ut à domino abscondatis consiliũ, dicentes; Quis videt nos? Et quis nouit nos? Peruersa est ista cogitatio quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo; non fecisti me; & figmentum dicat factori suo; non intelligis. Non intelligit ille quem nullum latet secretum? Qui plantauit aurem non audiet? Aut qui finxit oculum non considerat? Et ideo qui corripit gentes, non vos arguet? Arguet & in temeraria obstinatione uestra uos absortos confundet, & confusos ab hoc corpore eiiciet, atque eiectos in inferno trucidabit, in sęcula sæculorum.

*Isai. 29.*

*Psal. 93.*

52

## EXORCIZATIO SECVNDA.

Quæ est ex omnium Sanctorum ordine.

2ª

Sanchez

¶ *Stando Exorcista coram altare Psalmum sequentem dicat.*

Psal. 38. MIsericordias domini; in æternum cantabo. In generatione, & generationem; annunciabo ueritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cælis præparasti veritas tua in eis. Disposui testamentum electis meis, iuraui Dauid seruo meo; usque in æternum præparabo semen tuũ. Et ædificabo in generatione & generationem; sedem tuam. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine; etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur domino; simi lis erit Deo in filiis dei? Deus qui glorificatur in consilio sanctorum; magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum; in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cæli, & tua est terra; orbem terræ, & plenitudinem eis tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Tabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt; tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, & exaltetur

dextera tua; Iuſtitia & iudicium præpara
tio ſedis tuæ. Miſericordia & veritas prę
cedent faciem tuam; beatus populos qui
ſcit iubilationem. Domine in lumine vul
tus tui ambulabunt; & in nomine tuo
exultabunt tota die,& in iuſtitia tua exal-
tabuntur. Quoniam gloria uirtutis eorum
tu es; & in beneplacito tuo exaltabitur
cornu noſtrum. Quia domini eſt aſſum-
ptio noſtra, & Sancti Iſrael regis noſtri.
Tunc locutus es in ui ſione Sanctis tuis,&
dixiſti poſui adiutorium in potente,& e-
xaltaui electum de plebe mea Inueni. Da-
uid Seruũ meum; oleo Sancto meo unxi
eum. Manus enim mea auxiliabitur ei; &
brachium meum confortabit eum. Nihil
proficiet inimicus in eo; & filius iniqui-
tatis non apponet nocere ei. Et concidam
à facie ipſorum inimicos eius;& odientes
eum in fugam conuertam. Et veritas mea
& miſericordia mea cum ipſo; & in no-
mine meo exaltabitur cornu eius. Et po
nam in mari manũ eius; & in fluminibus
dexteram eius. Ipſe inuocabit me pater
meus es tu; Deus meus, & ſuſceptor ſa-
lutis meæ. Et ego primogenitum, ponam
illum; excelſum præ regibus terræ. In ę-
ternum ſeruabo illi miſericordiam meã;

& teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius ; & thronum eius ſicut dies cæli. Si autem de reliquerint filii eius legem meam;& in iudiciis mei non ambulauerint. Si iuſtitias meas profanauerint;& mandata mea non cuſtodierint. Viſitabo in virga iniquitates eorum;& in uerberibus peccata eorũ, Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo;neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo teſtamentum meum;& quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Semel iuraui in ſancto meo,ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo,& ſicut luna perfecta in æternũ; & teſtis in cælo fidelis. Tu vero repuliſti & deſpexiſti; diſtuliſti Chriſtum tuum. Auertiſti teſtamentum ſerui tui ; profanaſti in terra ſanctuarium tuum. Deſtruxiſti omnes ſepes eius; poſuiſti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam ; factus eſt opprobrium vicinis ſuis. Exaltaſti dexterã deprimentium eum: Letificaſti omnes inimicos eius. Auertiſti adiutorium gladii eius; & non es auxiliatus ei in bello. Deſtruxiſti eum ab emundatione ; & ſedem

eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius; perfudisti eum confusione. Vsque quo domine auertis in finem; exardescet sicu t ignis ira tua; Memorare quæ mea substantia; nunquid enim uane constituisti omnes filios hominum ? Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortẽ; eruet animã suam de manu inferi; Vbi sunt misericordiæ tuę antiquæ domine; sicut iurasti Dauid in ueritate tua ? Memor esto domine opprobrii seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine; quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Benedictus dominus in æternum fiat, fiat. Gloria Patri &c.

¶ *Versus personam obsessam se uertens Exorcista, sequentem lectionem dicat.*

Lectio lib. Regum.

SPiritus domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à domino. Dixeruntq; serui Saul ad eum: Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noster Rex, & serui tui qui coram te sunt, querent hominem scientem *1. Reg. 16.*

psal lere

psallere çithara; ut quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait saul ad seruos suos; prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. Et respõdens vnus de pueris ait; Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, virum pulchrum, & dominus est cum eo. Misit ergo Saul nuncios dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. Tulit itaque Isai Asinum plenum panibus, & lacenam vini, & Aedum de capris vnum, & misit per manum Dauid filii sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. Misitque Saul ad Isai dicens; Stet Dauid in conspectu meo; inuenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocumque Spiritus domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat Citharam, & percutiebat manu sua: & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat. n. ab eo Spiritus malus.

¶ *Manu posita super verticem capitis personæ obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelij.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Matteum.

CVm uenisset Iesus transfretum in regionem Gerasenorum occurrerũt ei duo habentes Dæmonia de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei; Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abiit totus grex per preceps in mare & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt. *Matt. 8.*

¶ *Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus astantibus, dicat Litanias sequentes.*

LITANIE.

KYrie eleison. R. Kyrie eleison. Santa Trinitas unus Deus. R. miserere nobis.

Sancta

Sancta Maria. ℟. Ora pro nobis.

Omnes Sancti beatorum spirituum ordines. ℟. Orate pro nobis.

*Patriarcharũ laudes.*

Oẽs sãcti Patriarche. ℟. Flagellate illos.
Patriarche præcursores Euang. ℟. Fla. ill.
Patriarche tentoria Israel. ℟. Flag. illos.
Patriarche longanimes in spe. ℟. Flag. ill.
Patriarche hereditas domini. ℟. Flag. ill.
Patriarche p̃signatores Ecclesiæ. ℟. Fl. ill.
Patriarche semina Sanctorum. ℟. Fla. ill.

*Prophetarũ laudes.*

Omnes Sancti Prophete. ℟. Flag. illos.
Prophete testes diuini. ℟. Flag. illos.
Prophete signa salutis. ℟. Flag. illos.
Prophete oracula sancti spiritus. ℟. Fl. ill.
Prophete milites legis. ℟. Flag. illos.
Prophete futurorum præscii. ℟. Fla. illos.
Prophete nuncii certissimi. ℟. Flag. illos.

*Apostolorũ laudes.*

Omnes Sancti Apostol. ℟. Flag. illos.
Apostoli domestici Dei. ℟. Flag. illos.
Apostoli palmites vere vitis. R. Fla. illos.
Apostoli Iudices seculi R. Flag. illos.
Apostoli sapientes principes. ℟. Flag. illos.
Apostoli duces triumphales. ℟. Flag. illos.
Apostoli piscatores hominum. R. Fl. illos.

*Euangelistarum laudes.*

Omnes sancti Euangeliste. ℟. Fla. illos.
Euangeliste mundi lumina ℟. Flag. illos.
Euangeliste fide præclari. ℟. Flag. illos.
Euangeliste scriptores veridici. R. Fl. illos.

*Euange-*

Euangeliste Ale extente. ℟. Fla. illos.
Euangeliste cancellarii fideles. ℟. Flag. illos.
Euangeliste testimonia gentium. R. Fl. ill.

Omnes sancti Innocentes. R. Flag. illos.
Innocentes Deo digni. ℟. Flag. illos.
Innocentes sine macula. ℟. Flag. illos.
Innocentes holocausta medulata. R. Fl. ill.
Innocentes peccatum nescientes. R. Fl. ill.
Innocentes stolla candidi. ℟. Flag. illos.
Innocentes flores martirum. R. Flag. illos.

*Innocentum laudes.*

Omnes Sancti Martires. ℟. Flag. illos.
Martires charitate feruidi. R. Flag. illos.
Martires florentes Palme. ℟. Flag. illos.
Martires victime holocausti. R. Flag. illos.
Martires examinatum aurum. R. Flag. ill.
Martires vestes coccinee. ℟. Flag. illos.
Martires propter iustitiam passi. R. Fl. ill.

*Martirum laudes.*

Oēs Sancti Pontifices. ℟. Flag. illos.
Pontifices humiles corde. ℟. Flag. illos.
Pontifices opere prudentes. ℟. Flag. illos.
Pontifices animarum cure. ℟. Flag. illos.
Pontifices porte iustitie. ℟. Flag. ilos.
Pontifices consortes sublimium. R. Fl. ill.
Pontifices Pastores gentium. ℟. Flag. illos.

*Pontificum laudes.*

Omnes Sancti Confessores. ℟. Flag. illos.
Confessores pauperes ditissimi. ℟. Fl. illos.
Confessores spe temperatissimi. ℟. Fla. ill.
Confessores calami mensuræ. ℟. Fla. illos.

*Confessorum laudes.*

Confes-

Confeſſores humiles exaltati. ℟. Flag.illos
Confeſſores boni diſpenſatores. ℟.fla.ill.
Confeſſores lumina mundi. ℟.Flag.illos.

*Doctorum laudes.*

Omnes Sancti Doctores.℟.Flag.illos.
Doctores cælitus edocti. ℟.Flag.illos.
Doctores tube Sancti Spiritus.R.Flag.ill.
Doctores vigilarum cuſtodes. ℟.Flag.ill.
Doctores orbis reparatores. ℟.Flag.illos.
Doctores lucerne in candelabro.℟.fla.ill.
Doctores ſal terræ. ℟.flagellate illos.

*Monachorũ laudes.*

Omnes Sancti Monachi. ℟.Flag.illos.
Monachi in cęlo theſaurizantes. R.fla.ill.
Monachi hoſpitalitate precipui. R.Fla.ill.
Monachi acies ordinate. ℟. Flag.illos.
Monachi milites pacis.℟.Flag.illos.
Monachi correctores carnis. ℟.Flag.illos.
Monachi ſemina benedictionis.R.flag.ill.

*Eremitarum laudes.*

Omnes Sancti Eremite. ℟.Flag.illos.
Eremite oues paſcuæ domini. R. flag. ill.
Eremite in promiſsis creduli.R.Flag.illos.
Eremite mundi corde. ℟. Flage. illos.
Eremite ſecutores pacis. ℟.Flag.illos.
Eremite virtutum Sectatores. R.Fla.illos.
Eremite mundi contemptores. R.flag.ill.

*Sacerdotum laudes.*

Omnes Sancti Sacerdotes. R.Flag.illos.
Sacerdotes decus Eccleſiæ. R.Flag.illos.
Sacerdotes Chriſti domini. R.Flag.illos.
Sacerdotes ſeculi victores. R. Flag. illos.

Sacer-

Sacerdotes serui fideles. R. Flag. illos.
Sacerdotes sacre dotes. R. Flag. illos.
Sacerdotes sacra dantes. R. Flag. illos.
Omnes Sancti Leuite. R. Flag. illos. *Leuitarum laudes.*
Leuite pacis filii. R. Flag. illos.
Leuite in pręceptis obedientes. R. flag. ill.
Leuite grex pusillus. R. Flag. illos.
Leuite spretores odii. R. Flag. illos.
Leuite pane vitę cibati. R. Flag. illos.
Leuite matutinales custodie. R. Fla. illos.
Omnes Sancte Virgines. R. Flag. illos. *Virginum laudes.*
Virgines prudentes. R. Flag. illos.
Virgines casta generatio. R. Flag. illos.
Virgines Ficelle cirpeæ. R. flag. illos.
Virgines Deum videntes. R. flag. illos.
Virgines in carne sine carne. R. flag. illos.
Virgines sponse Christi. R. flage. illos.
Omnes Sancte Vidue. R. flag. illos. *Viduarum laudes.*
Vidue prudentes in consilio. R. flag. illos,
Vidue mulieres fortes. R. flag. illos.
Vidue virtutis inuiolabilis. R. flag. illos.
Vidue Naues institoris. R. flag. illos.
Vidue specula morum. R. flag. illos.
Vidue magister castitatis. R. flag. illos.
Omnes Sancti & Sancte Dei. R. flag. ill.

¶ *Surgens Exorcista, stando, facie conuersa ad altare, modo sequenti Deum exoret.*

℣. Domi-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Apprehende arma & Scutum.
℟. Et exurge in adiutorium mihi.

## ORATIO.

*De Deo dicta notabilia*

ADesto vera, æterna, & infinita Simplicitatis, immutabilitatis, & singularitatis vnitas, & in vnitate naturæ, tres diuine adeste persone; & adiuua nos Deus omnipotens, quem nullus præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate; potestas enim tua potestas æterna est; & regnum tuum regnum omnium seculorum; in quo facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem; in quorum numero me etiam non meis meritis, sed bonitate tua eligere dignatus es: Iube me igitur sicut ministrum tuum, ita his malignis apostaticisq; spiritibus, ignem vrentem esse; & presta vt me cognoscant medio, superbis te resistere, & humilibus gratiam dare: Quã huic creature tue prestare digneris, ut eam terrens Diabolus, & vexans, cum omnibus satelitibus, & maleficiis suis, victus recedat. Vsque quo enim imprope

malef.

rabit

rabit inimicus? Irritat aduersarius tuus in finem? Respice domine, respice de cælo sancto tuo, & vide vineolam istam tuam, quam exterminat Aper de silua, & singularis ferus depascitur, & miserere ei; vt destructis aduersitatibus vniuersis, tranquilla libertate tibi seruire mereatur. Quod nobis concede per te Deum, Dominum, & Patrem nostrum. Amen.

¶ *Sedeat hic Exorcista, & sequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

EXorcizo vos maledictos Dæmones, vt fugam capiatis, per precepsq; ruatis ab hac creatura Dei, sanguine Iesu Christi filii eius redempta de faucibus voracissimis uestris, aqua Baptismatis regenerata, in Ecclesiaq; Catholica & Apostolica inter fideles connumerata; Per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; Per virginem Matrem Dei; Per omnes Sanctos beatorum spiritum choros; per merita Sanctorum omnium vtriusque Testamenti, quorumcunque ordinum; Sed Patriarchatus inprimis, & Abraæ precipuè Patriarchæ, Patriarcharum patris, cui

*Patriarcarū Mentio Gal. 3.*

G facte

*Rom.4.* facte sunt promissiones, & semini eius, *Tob.6.* quibus credidit, & reputatũ est ei ad iusti tiam; Isaac deinde, & Iacob, atque aliorũ omnium; in quorum copulatione religio sus Tobias admissus fuit.

*Prophetarũ laudabilis enumeratio. Rom.1.* Exorcizo uos per Sanctos Prophetas, qui a Patre familias in vineam missi, cesi sunt, occisi sunt, lapidati sunt .s. Oseas, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, & omnes alios, in quibus multifariam multisq; modis olim Deus locutus est.

*Apostolorũ laudabilis numeratio. Luc.6.* Exorcizo, vos per sanctos duodecim di scipulos Christi, quos & Apostolos ipse nominauit .s. Simeonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioannem; Philippum, & Bartholomeum; Matteum, & Thomam; Iacobum Alphæi, & Simeonem qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Paulum gentium doctorem, qui gratiam accepit, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus: Et per omnes alios discipulos domiui.

*Euangelistarum similitudo. Eze. 1.* Fxorcizo vos per sanctos quatuor Euangelistas S. Matteum, Marcum, Lucam, & Ioannem, quos Ezechiel Propheta mi

rabili

rabili uidit intuitu, in similitudine quattuor animalium; Similitudo autem uultus eorum facies Hominis, & facies Leonis a dextris ipsorum quattuor, & facies eorum & penne eorum extente desuper: & similitudo animalium sicut aspectus lampadarum.

*Innocentum laudes.* *Apo. 14.*

Exorcizo uos per omnes sanctos Innocentes manibus, & mundos corde, qui non acceperunt in uanũ animas suas, nec iurarunt in dolo proximo suo; & cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines.n. sunt & sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitie Deo & Agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula, enim sunt ante thronum Dei.

*Martirum præconia.* *Heb. 11.*

Exorcizo uos per omnes sanctos Martires, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora Leonum, extinxerunt impetũ ignis, effugauerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate fortes facti sunt in bello: Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem vt meliorem inuenirent resurrectionem; alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres; Lapidati sunt, secti

ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt.

*Epiſcoporũ laudes.*

Exorcizo vos per omnes ſanctos Pontifices verè ad Paſtorem conuerſos, & Epiſcopum animarum ſuarum; & ideo ſine crimine; ſicut Dei diſpenſatores, non ſuperbi, non iracundi, non vinolenti, non percuſſores, non turpis lucri cupidi fuerunt; ſed ſicut oportet Epiſcopum hoſpitalem eſſe, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere; tales fuerunt.

*Tit. 1.*

*Confeſſorum laudes.*

*Eccl. 44.*

Exorcizo vos per omnes Sanctos Confeſſores, homines magnos virtute, & prudentia prędítos; nunciantes in Prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in preſenti populo, & in uirtute prudentiæ populis ſanctisſima verba; Qui ſeruientes domino in lętitia, introierunt in conſpectu eius cum exultatione, & portas eius in confesſione.

*Doctorum mentio.*

*Eph. 4.*

Exorcizo vos per omnes ſanctos Doctores, a Domino noſtro Ieſu Chriſto Eccleſie ſue ſancte traditos; Ipſe enim dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdã

autem

autem Prophetas, alios uerò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad con ſumationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis, donec oc urramus omnes in unitatem fidei.

Exorcizo uos per omnes ſanctos Abbates, & Monachos, homines diuites in uirtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis; Etenim omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus.

*Abbatum inſignia. Eccl. 44.*

Exorcizo uos per omnes ſanctos Eremitas, qui dum in curſu uitæ huius laborarent circuierunt in mellotis, & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errãtes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ: Palam fecerunt autẽ diſciplinam doctrinæ ipſorum, & in lege teſtamenti domini gloriati ſunt.

*Eremitarum inſignia. Heb. ij.*

Exorcizo vos per omnes ſanctos Presbiteros, viros miſericordiæ, quorum pietates non defuerunt, ſed in omnibus exibuerunt ſeipſos ſicut Dei miniſtros, in multa pacientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in

*Presbiterũ præconia. Cor. 6.*

vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.

*Leuitarum preconia Rom. 12.*

Exorcizo vos per omnes ſanctos Leuitas, qui fuerunt in vita ſua odientes malum, & adherentes bono; charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, ſolicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes, & hoſpitalitatem ſectantes.

*Virginum laudes. Rom. 12.*

Exorcizo vos per omnes ſanctas Virgines prudentes, quæ exhibuerunt corpora ſua hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem; & probantes quæ ſit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta; accipientes autem lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſe, oleum ſecum, vſque ad aduentum ſponſi, in media nocte clamantis, ferentes; & tandem cum ipſo ad nuptias intrantes.

*Viduarum laudabilia. Rom. 12.*

Exorcizo vos per omnes Sanctas Viduas, quæ ductu charitatis, in hac lacrimarum valle, gaudebant cum gaudentibus, & flebant cum flentibus; Idipſum inui-

cem

cem ſentientes; non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes; nulli malum pro malo reddentes, bona coram omnibus hominibus prouidentes; Et non a malo uictas, ſed malum in bono uincentes.

Cetus omnes Angelici, Patriarcharum cunei, Prophetarum merita, Apoſtolorũ chorus, Martirum ſanguis, Confeſſorum oratio, Monachorum ſuffragia, Virginũ caſtitas, & Viduarum Sanctitas, atque ominium ſanctorum & ſanctarum merita, ſint hac noſtra humili inuocatione in adiutorium noſtrum contra uos, & ante tremendum tribunal Dei uiui & ueri in teſtimonium obſtinatæ temeritatis veſtræ, ne in die furoris eius dicere poſſitis, Nullus fuit nobis precipiens, nullus nos coniurauit: Ego enim Dei miniſter, uos coniuro & Exorcizo per omnium ſanctorum merita, per fidem, pietatem, ſobrietatem, caſtitatem, ſapientiam, benignitatem, modeſtiam, patientiam, conſtantiam, prudentiam, humilitatem, charitatẽ, exempla, miracula, atque perſeuerantiam; Diſſinitiueq; tandem vobis diſtricte precipio vt ſtatim diſcedatis ex hac creatura Dei, & eatis ad loca vobis à Deo optimo maximo deſſignata. Abite ergo, fugite male dicti,

discedite.

Abite. fugite

verte

dicti, & diſcedite ſautores malorum. Quod nunc ſi facere negligitis; Ignis, grando, nix, glacies, & ſpiritus procellarũ ſint in partem calicis veſtri, nunc, & in perpetuum.

## EXORCIZATIO TERTIA.

Quæ eſt ex præcipuis animaduerſione dignis Sanctorum Angelorum.

¶ *Stando coram altare Exorciſta pſalmum ſequentem dicat.*

*Pſal.* 103. BEnedic anima mea domino; domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confesſionem & decorem induiſti; amictus lumine ſicut veſtimento. Extendens cælum ſicut pellẽ; qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pennas ventorum. Qui facis Angelos tuos ſpiritus; & miniſtros tuos ignem vrentem. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam; non inclinabitur in ſæculum ſæculi. Abiſſus ſicut veſtimentum amictus eius ſuper montes ſtabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient; a voce tonitrui tui formidabunt. Aſcendunt montes, &

deſcen-

descendunt campi; in locum quem funda
sti eis. Terminum posuisti, quem non
transgredientur neque conuertentur ope
rire terram. Qui emittis fontes in con-
ualibus; inter medium montium pertran
sibunt aquę. Potabunt omnes bestiæ a-
gri; expectabunt onagri in siti sua. Super
ea nolucres cæli habitabunt; de medio
petrarum dabunt uoces. Rigans montes
de superioribus suis; de fructu operum
tuorũ satiabitur terra. Producens fænum
iumentis & herbam seruituti hominum.
Vt educas panem de terra; & uinum læti
ficet cor hominis. Vt exhilaret faciem
in oleo; & panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, & cedri Liba
ni quas plantauit; illic passeres nidifica-
bunt. Erodii domus dux est eorum; mon
tes excelsi Ceruis, petra refugium herina-
ciis. Fecit Lunam in tempora; Sol cogno
uit occasum suum. Posuisti tenebras, &
facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes
bestiæ siluę. Catuli Leonum rugientes
ut rapiant; & quęrant a Deo escam sibi.
Ortus est sol & congregati sunt; & in cu
bilibus suis collocabuntur. Exibit homo
ad opus suum; & ad operationem suam
usq; ad uesperã. Quã magnificata sunt ope

ra tua domine? Oĩa in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſesſione tua. Hoc mare magnum, & ſpacioſum manibus; illic reptilia quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis; illic naues ꝑ tranſibunt. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei; omnia a te expectant, ut des illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligent; aperiente te manum tuam, oĩa implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuũ reuertentur. Emitte ſpiritũ tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria domini in ſęculum; lætabitur dominus in operibus ſuis. Qui reſpicit terram; & facit eam tremere; qui tangit montes, & fumigant. Cantabo domino in uita mea; pſallam Deo meo quamdiu ſum. Iucundum ſit ei eloquium meum; ego uero delectabor in domino. Deficiẽt peccatores a terra, & iniqui, ita ut non ſint; benedic anima mea domino. Gloria Patri &c.

¶ *Verſus perſonam obſeſſam ſe uertens Exorciſta, ſequentem lectionem dicat.*

Lectio

Lectio lib. Iob.

QVadam die cum venissent filii Dei ut assisterent coram, domino, assuit inter eos etiam Satham. Cui dixit dominus: Vnde uenis? Qui respondens ait: circuiui terrã, & perambulaui eam. Dixitq; dominus ad eum: Nunquid considerasti serum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timens Deum, ac recedens a malo; Cui respondens Sathan ait: Nunquid frustra timet Iob Deum; Nonne tu uallasti eum, ac domum eius, uniuersamque substantiã per circuitum? Operibus manum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extende paullulum manum tuam, tange cuncta que possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad Satham: Ecce vniuersa que habet, in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusq; est Sathan à facie domini. Cum autem quadam die filii & filie eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuncius venit ad Iob, qui diceret; Boues arabant & Asine pascebantur, & irruerint Sabæi, tuleruntq; omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus vt nunciarem tibi. Iob, 1.

tibi. Cunque adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues pverosq; consumpsit, & effugi ego solus, vt nunciarem tibi. Sed & adhuc illo loquente, uenit alius, & dixit: Caldæi fecerunt tres turmas, & inuaserũt Camellos, & tulerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filii tui, & filiabus viscentibus & bibentibus vinum in domo fratris tui primogeniti, repente ventus vehemens, irruit a regione deserti & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt, & effugi ego solus vt nunciarem tibi Tunc surrexit Iob; & scidit tunicam suã, & tonso capite corruens in terram, adorauit & dixit. Nudus egressum sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est. Sit nomen domini benedictum.

¶ *Manu posita super verticem capitis persona obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelij.*

Lectio

Lectio Sancti Euangelii secundum Marcum.

ERat Iesus in Synagoga quasi potestatem habens, & non sicut Scribe. Et erat in synagoga eorum homo in Spiritu immundo, & exclamauit, dicens. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus torquere nos? Scio qui sis Sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus: dicens: Obmutesce, & exi de homine, & discerpens eum spiritus immundus, exclamans voce magna, exit ab eo.

*Cap. 1.*

¶ ***Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus astantibus, dicat Litanias sequentes.***

## LITANIE.

*Angelorum appropriata, & laudes.*

KYrie Eleison. R. Kyrie eleison.
Sancti Dei Angeli. R. Orate ꝑ nob.
Angeli creature prime. R. Percutite illos.
Angeli cause secunde. R. Percutite illos.
Angeli Deo similiores. R. Percutite illos.
Angeli nuncii altissimi. R. Percutite illos.
Angeli operatores assidui. R. Perc. illos.
Angeli laudatores Dei. R. Perc. illos.
Angeli distincti in personis. R. Perc. illos.

Angeli

Angeli dispositi in dignitate. R. Perc.ill.
Angeli Nubes volantes. ℟.Perc. illos.
Angeli amatores sanctitatis. ℟.Perc.illos.
Angeli dilecta tabernacula. ℟.Perc.illos.
Angeli vita immortales. R. Perc.illos.
Angeli perfectioni boni. R.Perc.illos.
Angeli natura incommutabiles.R.Per.ill.
Angeli natura sapientes. R.Perc.illos.
Angeli numeratim indicibiles.R.Perc.ill.
Angeli concordes in ratione.R.Perc.illos.
Angeli absentes à contrarietate. R.Per.ill.
Angeli perspicaces intellectu. R. Perc.ill.
Angeli castra summi Regis.R.perc.illos.
Angeli montes superni.R.perc.illos.
Angeli figure pure. R.perc.illos.
Angeli scientes instanter. R.perc. illos.
Angeli contemplatione beati. R.perc. ill.
Angeli mutabiles conditi.R.perc.illos.
Angeli immutabiles effecti. ℟.perc.illos.
Angeli a sensu cogniti. ℟. Perc. illos.
Angeli superborũ repressores. ℟.Perc.ill.
Angeli humilium exaltatores. R.Perc.ill.
Angeli impassibiles animo. ℟. Perc.illos.
Angeli nobiltate non elati.℟.Perc.illos.
Angeli vocatores infidelium. ℟. Perc.ill.
Angeli custodes fidelium.R.Percutite ill.
Angeli instrumenta Dei.℟.Perc. illos.
Angeli circualiter mobiles. R.Perc.illos.

Ange-

Angeli rectè dirigibiles. R.Perc.ill.
Angeli oblique progressibiles. R.Perc.ill.
Angeli cognoscentes in verbo. R.Perc.ill.
Angeli intelligentes in vobis. R. Perc.ill.
Angeli attractores mentium. R.Perc.illos.
Angeli domestici contritorum. R.Per.ill.
Angeli iuuatores opressorum. R.Perc.ill.
Angeli amatores castissimi. R.Perc.illos.
Angeli virtuosi, & decori. R. Perc.illos.
Angeli lucis, & claritatis. R.Perc.illos.
Angeli statu innocentes. R.Perc.illos.
Angeli gloria gaudentes. R.Perc.illos.
Angeli felicitate securi. R.Perc.illos.
Angeli pacis. R.Perc. illos.

Sancti spiritus Seraphim. R.Perc.illos
Sancti spiritus Cherubim. R.Perc.illos.
Sancti spiritus Throni. R.Perc.illos.
Sancti spiritus Dominationes. R.Perc.ill.
Sancti spiritus Principatus. R.Perc.illos.
Sancti spiritus Potestates. R.Perc.illos.
Sancti spiritus Virtutes. R.Perc.illos.
Sancti spiritus Archangeli. R.Perc.illos:
Sancti spiritus Angeli. R.Perc.illos.

Oẽs simul sãctorũ Spirituũ ordin. R.P.il.

¶ *Surgens Exorcista, facie conuersa ad altare, modo sequenti Deum exoret.*

℣. Domi-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Fiant tanquam puluis ante faciem venti.
℟. Et angelus domini coarctans eos.

## ORATIO.

*Notabilia dicta de Deo*

PAter, in Filio & Spiritu sancto; Fili, in Patre & Spiritu sancto; & Spiritus sancte, in Patre & Filio; Sancta Trinitas vna substantia, vna essentia, vnus Deus, qui immutabilis es ratio, creans mentem ad te participandum; viuificans ad sentiendum; efficiens ad appetendum; dilatans ad capiendum; iustificans ad promerendum; fæcundans ad fructum; promouens ad bonitatem; dirigens ad æquitatem; roborans ad virtutem; formans ad beneuolentiam; modificans ad scientiam; moderans ad sapientiam; visitans ad consolationem; illuminans ad cognitionem; perpetuans ad immortalitatẽ; implens ad felicitatem; & circundans ad securitatem; circunda queso hanc creaturam tuam lumine gratiæ tuæ, & in tranquilla tuę protectionis securitate custodi: Et, quia non uis mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, operi manuũ tuarum da dex-

teram.

teram, vt iudices causam tuam; nam inimici tui facturam tuam perturbant, & impetu facto, tiranica inuasione possedunt, reddeq; huic sanitatem mentis & corporis, & gratiam tuam conserua, vt sic deinceps ambulet per bona temporalia, quod non ammittat æterna, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; in quibus tu trinus & vnus æternæ viuendo gaudes, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sedeat Exorcista, & sequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

EXorcizo uos maledictos spiritus, qui hoc plasma Dei temeraria infessione uexare pressumitis, sicut eadem authoritate, sic eadem indifferentia, a primo vsque ad ultimum, quatenus omni cõpressa superbia, superbiendiq; remissa proteruia, ac omnino proteruiendi temeritate relicta, ab hac omnipotentis creatura, sanguine domini nostri Iesu Christi recreata, uerè, & realiter, cum cuiuscũque generis Maleficio, si necesse est, dissedatis, ità ut immediatè, uel maleficio aliquo

maleficio Dissidatis.

intercedente, nihil uobis cum eadem cõmune ſit, per omnes ſanctas Angelicas ſubſtantias, creatas, & immateriales; intellectu perſpicaces, & uoluntate pollentes; dilectione mobiles, & arbitrio liberas, Deoq; miniſtrantes, & ſempiterna immortalitate gaudentes.

*Quid ſit Angelus. Dam. lib. 2. Cap. 3.*

Exorcizo iterum uos per omnes ſanctas beatorum ſpirituum Hierarchias, in quibus ſimul, & in quarum qualibet, miſterium Sanctisſimę Trinitatis & unitatis Dei relucet; ſicut enim tres ſimul ſunt in unam Sanctam triumphantem Eccleſiam, ſic tres diuine exiſtunt perſone in unam ſanctisſimam diuinæ ſubſtantię eſſentiam; In ſuperiori autem unica, eſſentia Dei una, & in eius ordine trino, Seraphim, Cherubim, & Thronorum, diuinarum perſonarum trinitas mirificè contemplatur; ſicut in media unica, ac in eius ordine trino, Dominationum, Poteſtatum, & Principatuum idèm deprehenditur; atque in inferiori unica, & in eius ordine trino, Virtutum, Archangelorum, Angelorum idem declaratur.

*Trinitatis et unitatis Dei miſterium in cælestibus Hierarchijs relucet.*

Exorcizo iterum atque iterum uos per illuminationes uarias, ſiue diuerſos modos illuminationum cæleſtium Hierchis

*Illuminãtur Hierarchie*

rum omnium, & ordinum, quorum qui ſunt in prima Hierarchia a Deo illuminā tur, ſicut ab eiſdem qui ſunt in ſecunda, atque qui de tertia ab his qui de ſecunda; Seraphim etenim primi ordinis primæ Hierarchiæ, Dominationibus, primi ordinis ſecundæ illuminationes transfundunt, & Dominationes Virtutibus, primi ordinis tertiæ; Cherubim uerò ſecundi ordinis primę, poteſtatibus ſecundi ordinis ſecundæ, & Poteſtates Arcangelis tertii ordinis tertiæ; Quemadmodum Throni tertii ordinis primæ, Principatibus tertii ordinis ſecundæ, & Principatus, Angelis, tertii ordinis tertiæ.

*cælestes, & ordines diuersimodè, et quomodo.*

Adiuro uos, per eccellentiam amoris Seraphim, quo omnes alios inferiores ordines feruentisſimo ardore charitatis excedunt, eoſdemq; ad eundem ſemper manifeſtisſimè promouent, diligendiq; formā, dū diuinā bonitatē declarant, mirificè tribuunt, etſi ad aliud extra amatum nō diuertant; immediate .n. amato Deo iunguntur, unde & fieri ſemper ſolet ut purius in ipſos Theophanie deferantur.

*Seraphim alios ordines excedit in amore.*

Adiuro uos iterum per excellentiam ſcientiæ Cherubim, in quibus plenitudo ſcientiæ eſſe non ambigitur, cum uicinius

*Cherubim alios ordines excedit in ſcientia.*

primè ueritati iungantur, & ideo in ipsis copiosissime fulget diuini luminis radius unde & omnes alios angelicos ordines cognitione excedunt, & homines ad diuinam notitiam promouere non tardant.

*Thronorum ordo alios excedit in immediata cognitione rationum diuinorum operum.*

Adiuro uos iterum atque iterum per excellentiam immediatæ cognitionis rationum diuinorum operum Thronorum in quibus dominus sedens iudicia operationum suarum per eos determinat, quapropter in ipsis precipuè rectitudo, diuini iudicii relucet, ac operum omnium inculpabilitas, quam cum uirtute Dei desuper recipientes, ad inferiores transfundũt.

*Dominationũ ordo alios excedit in diuersimodè dominandi.*

Expello nos per excellentiam uirtutis dominandi Dominationum, dominantur enim, in primis, timore seruili deposito, domiuo seruientes, cui seruire regnare est, ceteris Angelis deinde, Hominibusq; tandem, dominandi modum multimodè declarantes, nam in bello spirituali homines prædocent, prælatos de bene ouibus domini pascendis admonent, atque principes omnes de inculpabili gerenda subditorum cura instruere non cessant.

*Potestatum ordo alios excedit, di-*

Expello uos iterum per eccellentiam ordinandi Potestatum, qua inferiores angelos diuinè potentiè conformare, assidua

ſolicitudine ſatagunt, prædoctoſque, in agone ſpiritualis pugnæ, homines, ne in certamine deficiant, & ſpiritale regnum ammittant, confortando & defendendo dirigunt; dum aduerſas virtutes ipſis ſubiectas, ne tantum mundo noceant quantum cupiunt coercent.

*uerſos diuerſimodè illuminando.*
*Greg.*
*Iſid.*

Expello vos iterum atque iterum per excellentiam præſeferentię Principatuũ, Secundum quam dum ſubditos Angelos ad diuinum miſterium explendum diſponunt, & vniuerſale gubernium vnius gentis & regni ad Dei ſimilitudinem ducunt, præſunt, iuſtitiam inter homines, ad Dei ſolius gloriam & honorem, exercendam promouent, & reuerentiam vnicuique exhibendam, ſecundum ſuæ dignitatis gradum conſtantisſimè docent.

*Principatuũ ordo alios excedit dũ diuerſis diuerſimodè præeſt.*

Mando vobis per eccellentiam fortitudinis Virtutum, quia inconcuſſa perſiſtentia & ad diuinas operationes conueniũt, & timore depoſito, omnia ſibi conuenientia aggrediuntur diuino Robore; piarum mentium infinita ferè Deo tranſmiſſa munera percipiunt; Inceſſabili ſuggeſtu ſacros diuini gregis Paſtores curant de eodem bene regendo informare; Atque, cum per hos Deus miracula faciat,

*Virtutum ordo alios, excedit in fortitudine.*

querunt sanctos homines in hoc sibi ipsis conformare.

*Arcangelorum ordo alios excedit in summorū nunciatione.*

Mando uobis iterum per eccellentiam summa nunciandi Archangelorum; Meruerunt enim de Christi mirabilibus homines expedire; Ab his etenim Verbi incarnatio Marie virgini nunciatur, nato verò domino, in altissimis gloria, & in terris pax mirificè cantatur; Herodis impietas cōtra Christum propallatur, & regressus eius ab Aegipto commendatur; Christo in deserto tentato ministratur, atque idem in horto agonizans confortatur.

*Angelorum ordo alios excedit in exhibitione obsequij.*

Mando vobis iterum atque iterum per excellentiam exhibitionis obsequii Angelorum; Deo enim obsequntur, in quem amore contendunt, semper obedientes; atque sibi ipsis in bono se liberè firmantes; nec non & proximis auxilium prestantes, cum ad hominum custodiam deputati sint, ad diuinam cognitionem eosdem deducentes, & ut iustè uiuant carissimè monentes.

*Cognitio Angelorum quotuplex sit.*

Iterum adiuro vos per omnium Sanctorum Angelorum cognitionem; Vespertinam .s. qua per species inditas prout in propria natura consistunt cognoscunt; & Matutinam, qua res in Verbo deprehendunt:

dunt: Sed & per cognitionem matutinā naturalem, qua Verbum per similitudinem eius in ipsorum naturam, relucentem cognoscunt; & matutinam gloriæ, qua verbum per essentiam deprehendunt; Atque per cognitionem tandem, quam habent per superiorem illuminationem.

*Confirmatio Angelorum in bono quotuplex sit.*

Adiuro uos quoque per omnium sanctorum Angelorum permanentiam in bono, in qua firmantur natura quidem, cum spiritualis creatura semel vertibilis sit, propter suam simplicitatem enim, se totam conuertit in id quod libere eligit, nec coniunctum habet a quo inde trahatur; Gratia verò, cum stabili æterno Deo, nunquam excidenti vinculo charitatis connectatur; Sed & Gloria, qua cum Deum habeant omni bono bonū, aliunde non habent vnde perquirant bonum.

*Prælatio Angelorum qualis sit.*

Adiuro vos etiam per omnium sanctorum Angelorum prælationem, secundum quam Angeli primę Hierarchiæ illuminant & perficiunt Angelos secundæ, & qui de secunda, illos qui de tertia ab eisdem verò homines diuersimode; cum quidā regionibus, quidam ecclesiis, quidāq; personis præsint, vsque in mundi finem, quando eorum regimen, ad patriam diri-

gentem, cessabit.

*Loquitur Angelus diuersimodè.*

Iterum expello vos per omnium sanctorum Angelorum locutionem, qua ex apprehensis, in motu admirationis exurgentes, affectus suos Deo repræsentant; & irradianti illuminatione, dũ facti alicuius speciem ostendunt, ad inuicẽ verbo mentis locuntur; atque cum hominibus, verbo vocali in assumpto corpore, sine impressione rerum sensibilium in instrumento imaginis moto.

*Custodiunt Angeli homines diuersimodè.*
*Exod. 25.*
*Dan. 3.*
*4. Reg. 6.*
*Tob. 5.*

Expello vos quoque per omnium Sanctorum Angelorum de bono hominis custodiam, qua nos stantes diuersimode tenent, cadentes iuuant, & iam lapsos erigunt, dum cum Iebusęo à nobis mala remouent, cum Sidrac Misac & Abdenago tentationes mitigant, uidente Eliseo contra visibiles hostes adiuuant, cum Tobia in aduersis consolantur, atque cum eodem à contrariis potestatibus protegunt, maledictas ipsas potestates dum arcentes confundunt.

*Numerus Ang. est copiosissimus*

Expello vos etiam per omnium Sanctorum Angelorum copiosissimam multitudinem, omnium nouem supernorum ordinum cælestis curię sedes cumulatissima numerositate replentem, dum cuilibet ordini su-

Noue sunt ordines Angelorum: quilibet ordo habet suas legiones. legio autem angelorum habet 6666 unitates. Tot autem in singulis ordinibus sunt legiones, quot in legione sunt unitates. 145. cap.

ni super sexto millenario sexingentorum & sexaginta sex Legionum numerum ordinatissimè signat; cuius cum accepisset Daniel in visione noctis, scripsit dicens; Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei; Millia quoque millium erat numerus illorum quos Ioannes vidit Angelorũ, in circuitu throni, & animalium, & seniorum.

Legio 6666

6666

44495556. ordo. 1.

Dan. 7.

99992.0004. ... ordi. 9.

Apoc. 5.

Iterum mando uobis per omnium Sanctorum Angelorum æuiternitatem, qua etsi quando in principio creauit Deus cęlum, & terram, habuerint principium, vt ab immateriali increato different, qui æternitate mensuratur, non tamen aliquando finem habebunt, propter quod a creato materiali disiunguntur, quod defectibile est; quapropter tempori non subiiciuntur continuo, nec quo ad essentiã, quæ æuiternitate perseuerat, nec quo ad operationes, quæ instati temporis discretiue, cuius ratione indiuisibilitas non est, mensurantur.

*Aeuiternitate Angeli quomodo sit porpetui.*

Mando vobis quoque per omnium Sanctorum Angelorum, contra vos malos spiritus, victorias reportatas, sed per illam precipuæ, qua Michaele & Angelis eius realiter, voluntate, virtute diuinę gratiæ, ex

*Victoriosi sunt boni Ang. contra malos.*

trecento millioni e 99 millioni,
e nouecento millia, e ... millia. e 4. ... 60 millia ... 4 cento millioni

tiæ, ex fide & merito passionis Christi præuisæ, cum scelestissimo Dracone principe vestro, & vobis, malitia vestra debilitatis præliantibus, factum est vos non prǽualuisse, sed à supernis cælorum ad ima deiectos fuisse, nec locum vobis amplius in cǽlo permansisse.

*Nomina Ang. reuelata.*

Mando vobis etiam per omnium Sanctorum Angelorum incognita nomina, sed per reuelata in Sacris litteris præcipuè; Et in primis per nomen vnius de principibus primis qui in adiutorium populo Dei venire, cum Diabolo disputare, & Dracone præliare consueuit .s. Michael; Quis vt Deus? interpretatum; Deinde per nomen intelligentias visionum declarantis, ventura de Mǽssia eiusq; prǽcusore reuelantis, & incarnationem diuini Verbi nunciantis .s. Gabriel; Fortitudinem Dei sententiam referens: Atque per nomen vnius ex septem ante dominum astantibus Angelorum, cecitatis curatoris, & Dǽmonis religatoris .s. Raphael; Dei medicinam significans.

Atque tandem Exorcizo vos nimis superbos, proteruos nimis, nimisq; temerarios, per omnia prædicta simul; Per omnes Sanctas Angelicas substãtias, beatorumq; spiri-

ſpirituum Hierarchias,ac per ipſarum diuerſas illuminationes; Adiuro vos per eccellentiam ardoris Seraphim,ſcientię Cherubim, ac cognitionis immediatæ rationum diuinorum operum Thronorum; per omnium Sanctorum Spirituum cognitionem,perſeuerantiam in bono,& prælationem: Expello vos per eccellentiam virtutis dominandi Dominationum, ordinandi Poteſtatuum,ac præſeferentiæ Principatuum; per omnium Sanctorum ſpirituum loqutionem, hominum cuſtodiam, & multitudinem copioſam:Nec non mando uobis per eccellentiam fortitudinis Virtutum, ſumma nunciandi Archangelorum,ac exhibitionis obſequii Angelorũ; per omnium Sanctorum ſpirituum æuiternitatem, victorias, & nomina,ut hinc ſtatim diſcedatis, ac maleficia omnia, ſi quæ ſunt, deſtruatis.

discedatis.

Maledicte,qui contemptibilem primitatem in hanc creaturam Dei obtines? Maledictiq; ceteri omnes? Simul impænitentes? Excluſi à Dei contẽplatione? Infirmati in virtute? Excecati a uero? Deordinati in bono? Obſtinati in malo? Quid temerariè contra Dei authoritatem, noſtrumque recogitatis miniſterium? Ruant

*Diabolus qualis effectus ſit propter peccatum.*

omnes

omnes machinationes vestrę, dispergantur omnia maleficia, & a possessione cadite huius redemptæ personæ à domino nostro Iesu Christo triumphatore temeritatis uestræ, sicut vestra culpa, de luce in tenebras, de scientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, de fælicitate in pænam & de dilectione in odium Dei & hominum cecidistis; sicut enim non amplius cælum vestra sedes est, sic neque modo plasma hoc Dei esse debet, sed aeris tenebrosi caliginosa loca vobis a Deo parata; Ibi itaque abite recedentes, ut post mundi cursum, in die iudicii in ignem æternum descendatis.

## EXORCIZATIO QVARTA.

Quæ est ex actibus vitæ gloriosæ. Virg. Mariæ.

¶ *Stando Exorcista coram altare Psalmum sequentem dicat.*

**Luc. 1.** MAgnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillę suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi ma-

hi magna qui potens est; & sanctum nomen eius,& misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum Fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum; recordatus misericordiæ suæ.Sicut locutus est ad patres nostros; Abraham, & semini eius in secula.Gloria patri, & filio, & spiritui, &c.

¶ *Versus personam obsessam se uertens Exorcista, equentem lectionem dicat.*

Lectio libri Genesis.

VOcauit dominus Deus Adam,& dixit ei:Vbi es? Qui ait: Vocem tuã domine audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem,& abscondi me. Cui dixit dominus: Quis .n. indicauit tibi, quod nudus esses? Nisi quod de ligno de quo præceperam tibi ne comederes,comedisti? Dixitq; Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam,dedit mihi de ligno,& comedi.Et dixit dominus ad mulierẽ.Quare *Gen. 3.*

re

re hoc fecisti? Quæ respondit. Serpens decepit me, & comedi. Et ait dominus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ. Super pectus tuum gradieris, & terrã comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuũ & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

¶ *Manu posita super uertice capitis personæ obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Lucam.

Luc. 11. ERat Iesus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum, & cum eiecisse Dæmonium loqutus est mutus, & admiratè sunt turbè. Quidam autem ex ipsis dixerunt; ut Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes signum de cælo querebant ab eo. Ipse autẽ ut uidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum dissolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? Quia di-

citis

citis in Beelzebub eiicere me Dęmonia. Si autem ego in Beelzebub eiicio Dæmonia, filii ueſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erunt. Porrò ſi in digito Dei eiicio Dæmonia, profecto peruenit in uos regnum Dei. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuper ueniens uicerit eum, uniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat, & ſpolia diſtribuet. Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non colligit mecum, diſpergit. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quęrẽs requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam uacantem ſcopis mũdatam & ornatam. Tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Factũ eſt autem cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimo; beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. . per euangelica dicta extinguatur in te N. ois virtus diabolica, et infundatur virtus divina.

S. Imme

¶ *Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus adstantibus, dicat Litanias sequentes.*

## *LITANIE.*

KYrie eleiſon. ℟. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. ℟. Kyrie eleiſon.

*Mariæ uirginis appropriata, & laudes.*

Sancta Maria ℟. Ora pro nobis.
Maria electa Patris ℟. Confunde illos.
Maria genitrix Filii. ℟. Confunde illos.
Maria ſacrarium Spiritus ſancti ℟. Cō. il.
Maria ancilla Trinitatis. R. Conf. illos.
Maria mater Dei. ℟. Conf. illos.
Maria mater & uirgo. ℟. Confunde ill.
Maria uirgo uirginum. ℟. Conf. illos
Maria amicta ſole. ℟. Conf. illos.
Maria pulchrior Luna. ℟. Conf. illos.
Maria ſtella maris. ℟. Conf. illos.
Maria arcus refulgens. ℟. Conf. illos.
Maria aurora letificans. R. Conf. illos.
Maria lux meridiana. R. Conf. illos.
Maria tota pulchra. R. Conf. illos.
Maria ſpeculum immaculatum. R. Con. il.
Maria uenter beatus. R. Conf. illos.
Maria ſedes ſapientiæ. R. Conf. illos.

Maria

Maria archa leuigata. R.Conf.illos.
Maria Vas honoris. R.Conf.illos.
Maria domus domini. R.Conf.illos.
Maria templum animatum.R.Conf.illos.
Maria lilium inter ſpinas. R. Conf. illos.
Maria virga de Ieſſe. R.Conf.illos.
Maria virgula fumi.R.Conf.illos.
Maria fons ſignatus.R.Conf.illos.
Maria puteus aquarum. R.Conf.illos.
Maria rubum incombuſtum. R.Conf.ill.
Maria porta clauſa. R.Conf.illos.
Maria ciuitas Dei. R.Conf.illos.
Maria hortus concluſus. R.Conf.illos.
Maria aſcendens per deſertum.R.Con.ill.
Maria Deliciis affluens. R.Conf.illos.
Maria thus redolens. R.Conf.illos.
Maria oliua pullulans.R.Conf.illos.
Maria plantatio cedri.R.Conf.illos.
Maria ſpes noſtra. R.Conf.illos.
Maria regina cælorum. R.Conf.illos
Maria regina Seraphim. R.Conf.illos.
Maria regina Cherubim.R.Conf.illos.
Maria regina Tronorum. R.Conf. illos.
Maria regina Dominationum. R. Con. il.
Maria regina Principatuum. R. Conf. il.
Maria regina Poteſtatum. R. Conf.illos.
Maria regina Virtutum. R.Conf.illos.
Maria regina Archangelorum.R.Conf.il.

Maria regina Angelornm.R.Conf.illos.
Maria regina Patriarcharum. R.Conf.ill.
Maria regina Prophetarum.R.Conf.illos.
Maria regina Apoſtolorum.R.Conf.illos.
Maria regina Euangeliſtarum. R.Conf.ill.
Maria regina Innocentum. R. Conf.illos.
Maria regina Martirum.R.Conf.illos.
Maria regina Pontificum. R.Conf.illos.
Maria regina Confeſſorum. R.Conf.illos.
Maria regina Doctorum. R. Conf.illos.
Maria regina Monachorum. R. Conf. ill.
Maria regina Eremitarum. R. Conf.illos.
Maria regina Sacerdotum.R.Conf.illos.
Maria regina Leuitarum.R.Conf.illos.
Maria regina Virginum. R.Conf.illos.
Maria regina Viduarum. R.Conf.illos.
Maria regina Sanctorũ oĩum. R.Conf.ill.

*¶ Surgens Exorciſta, ſtando, facie conuerſa ad altare, modo ſequenti Deum Exoret.*

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Da nobis auxilium de Sancto.
℟. Quia vana ſalus hominis.

ORA-

ORATIO.

SEmpiterne Deus, qui ut charitas amas, ut veritas noſcis, vt æquitas ſedes, ut maieſtas dominaris, ut princeps regnas, vt ſalus mederis, & vt lux reuelas, delicta iuuẽtutis huius plaſmatis tui, & ignorantias eius ne memineris, ſed ei misericordiam tuã concede, quam iuſtè petentibus dare conſueuiſti: Miſericordiam tuam domine petimus a te, quia nolumus ignẽ rigare, aquam vrere, aerem germinare, vel terram ſpirare, nec quicquam contrariam operationem ſuæ naturæ facere, nec causã remotum a ſuo naturali effectum emittere, neque tandem a te quod ſit tuæ naturæ contrarium petere. Miſerere itaque, miſerere; & hanc facturam tuam à manibus inimicorum tuorum digneris eripere. Nũquid enim bonum tibi videtur ſi calumnieris, & opprimes hoc opus manuũ tuarum, & conſilium impiorum adiuues? Ecce enim quoniã iam inimici ipſi tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput ſuper eam, malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus eam: Sed tu domine ira furoris tui turba eos, ut confundantur, & hiuc abire feſtinent, ut cogno-

*Dicta notabilia de Deo.*

ſcant quia nomen tibi Deus. Quando autem ſic, propter tuam erga nos, clementiam, confuſi fuerint, fugient. Quis enim poteſt tuæ reſiſtere voluntati? Nos verò tunc exultabimus, & iubilabimus tibi; Laudabimus te domine in uirtutibus tuis, & ſecundum multitudinem magnitudinis tuæ; laudabimus te in ſono tubæ, in choro, cordis, & organo; ſumemus pſalmũ, dabimus timpanum, pſalterium iucundum, cum cithara, gloriam dantes nomini ſancto tuo, cui ſemper fuit, eſt, & erit, honor, & gloria, poteſtas, & imperium, per cuncta ſemper ſecula. Amen.

¶ *Sedeat hic Exorciſta, & ſequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

ILla Mater Dei intemerata ſemper virgo Maria quam Dominus ominipotẽs, in eſſe cognito & uolito, poſſedit, in initio uiarum ſuarum ante quam quicquam faceret a principio, & ab æterno ordinata eſt ab ipſo, antequam terra fieret; Illa, egoq; cum ipſa, vos, o virginitatis hoſtes, exorcizamus, vt ſuo vnigenito filio, & domino

noſtro

noſtro Ieſu Chriſto locum detis, ipſiq; hoc habitaculum ſuum, quod temere preſumpſiſtis inuadere relinquatis; ac omne maleficiorum genus, ſi neceſſe fuerit, ſoluentes & extramitentes diripiatis. Sed num. N. princeps maledicte, voſq; ceteri abominabiles ſpiritus, ipſi reſiſtere poteritis.

Illa vos exorcizat, quæ in opere ſex dierum miſterio declaratur: Videlicet in Luce, prima die creata; quia ex ea ortus ē Sol iuſtitiæ: In firmamento, ſecunda die facto; quia eſt medians inter Angelicas aquas & humanas, cum Angelis puritatem habens, & cum hominibus naturam: In aquis, tertia die congregatis; quia in ipſa omnis ſe infundit plenitudo aquæ gratię: in Luna, cum Sole, que ab ipſo lumen recipit, in quarta die; quia ſplendorem innocentiæ, à Sole Chriſto accepit: In benedictione creaturis quinta die colata; quia in ſemine ſuo benedicuntur omnes gentes: Et in terra, ex qua fuit homo formatus, ſexta die; quia ipſa eſt terra, de qua dictum eſt; Aperiatur terra & germinet ſaluatorem.

*Maria virgo in opere ſex dierum creationis ſignificata fuit.*

Illa vos exorcizat, quæ ex ſemine Abraæ, clara ex ſtirpe Dauid, initia ſuæ con-

*Maria Vir. omnium a-*

*ctuum uitæ discursus, & laudes August. Cipria.*

ceptionis, sine macula traxit; ipsam enim Deus immaculatam elegit,& omni præser uatiua gratia præelegit,ideo quicquid cir ca ipsam gestum est, totum puritas, totum sanctitas,totumq; gratia fuit; & ideo post filium suum, temerarium est in ipsa ponere culpam aliquã vel peccatum; non enim solum non peccauit, sed nec peccatum cogitare potuit.

Illa vobis suis meritis contrauenit, ò omnium scelerum immundissima hospitia, quæ antiqui serpentis venenosis afflatibus non infecta,candoris & decoris exti tit forma; & ideo sicut in prima femina abundauit delictum, ita in ipsa abundauit omnis plenitudo gratiæ;Decuit enim quod sicut terra ex qua primus Adam for matus fuit,erat virgo & nunquam maledicta, ita terra ex qua secundus Adam do minus Iesus Christus carnem assumeret, virgo esset,& nunquam maledicta.

*August.*

Illa vobis suis meritis cõtrauenit,cuius partus extitit salutis exordium, & gaudiũ annunciauit in vniuerso mundo; ipsa est enim flos campi, de qua ortum est preciosum lilium conualium,per cuius partum mutatur natura protoplastorum,deletur & culpa;ex ea enim ortus est sol iusti

tiæ

tiæ Christus Deus noster qui soluens, maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam.

Illa vobis suis meritis contrauenit, quæ mox vt in mundum per humani generis lineam venit tanto omnis boni virtute perfectè resplenduit, vt in eam Dei sapientia veridice iudicaret, ut per ipsam in hominem veniens non tantum primorum parentum hominum, sed totius mundi peccata deleret; Et benedicta super omnes feminas, Angelos vincit puritate, & omnes Sanctos superat pietate. *August.*

Illa vos fugere decernit, o filii perditionis, quæ figuratiuè declaratur in Trono Salomonis, in virga Aaron florida, in Cisterna Ioseph, in Petra deserti, in Nube leui, in Rubo Moisi, in Talamo sponsi, in Cipresso exaltata, in Oliua pullulante, in Thure estate redolente, in Scala Iacob, in Aurora consurgente, in Exemplo Arcæ in monte ostenso, atque in multis aliis. *Maria uirgo figurata fuit.*

Illa vos fugere decernit, de qua prophe-ticæ dictum est; Nouum faciet dominus super terram, femina circundabit virum: Et alibi; Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Hema- *Maria Vir. prophetatæ fuit. Isa. 7.*

nuel. Et alibi; Vidi portam in domo domini clausam: & dixit Angelus ad me; Porta hæc quam vides, non aperietur, & homo non transibit per eam, quoniam dominus solus intrat & egreditur per eam, & clausa erit in æternum.

Illa vos fugere decernit, quæ templum Dei Animatum dicitur, Domus domini, Archa de lignis setim, Sedes timoris domini, Vas ornatum omni lapide precioso, Fons aquarum viuentium, Virgula fumi ex aromatibus, Speculum sine macula, Venter incognitus, Virgo veneranda, Mater misericordiæ, sicut tabernacula Cedar, Lilium in transitu aquæ, consolatio dessolatorum, spes mortalium, refugium viuentium, protectio morientium, aduocata omnium.

*Luc. 1.* Illa vos, vestramque superbiam calcat, ò conuersatores infidelium, cui missus est Angelus Gabriel, a Deo, in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ut salutationis præmissis insignis, conceptionem dominicam nunciaret dicendo; Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eis Iesum, hic erit magnus & filius altissimi vocabitur; Fiet autem istud, spiritu sancto superueniente, & altissimi virtute obum-

te obumbrante.

Illa uos, nestramque superbiam calcat, cuius uirginalis partus, ut uiri honoraretur consortio, Ioseph iusto desponsata fuit, qui cum ipsam in uentre habere cognouisset, & ignoraret unde, nolens eam traducere, uoluit occulte dimittere eam; sed Angelus domini apparuit illi in somnis dicens; Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod .n. in ea natum est, de spiritu sancto est. *Luc. 2.*

Illa uos, uestramque superbiam calcat, quæ cum se grauidam cognouisset, exurgens abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ & salutauit Elisabet. Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elisabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est Spiritu Sancto Elisabet, & exclamauit dicens; Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui.

Illa uos, uestramq; proteruiam uincit, o discipuli falsitatis, quæ petiit montana, & festinauit inuisere Elisabet, non quasi incredula de oraculo uel dubia de exeplo, sed ut læta pro uoto, religiosa pro officio, typicum pariter exemplum tribuens, quod omnis anima, quę uerbum *Beda.*

Dei

Dei mente conceperit , uirtutum ſtatim celſa cacumina greſsu cōſcendat amoris.

Illa uos, ueſtramq; proteruiam uincit, quę nouem poſt conceptionem decurſis menſibus; dum medium ſilentium tenerent omnia,& nox in ſuo curſu medium iter perageret; dum paſtores uigilias noctis cuſtodirent ſuper gregem ſuum,peperit filium ſuum primogenitum,& pannis eum inuoluit, & reclinauit in preſepio quia non erat ei locus in diuerſorio.

Luc. 2.

Illa uos, ueſtramq; proteruiam uincit, per cuius partum mutatur natura protoplaſtorum,deletur & culpa: Preciſum eſt .n. in ea illud Euæ infelicitatis elogium, quo dicitur; in dolores paries filios,quia iſta in letitia dominum peperit;Eua enim luxit,iſta exultauit:Eua lacrimas , Maria gaudium in uentre portauit,quia illa peccatorem,iſta edidit innocentem.

August.

Illa uos, ueſtramq; temeritatem contemnit,o ſerpentes ſuperati , quæ uirgo ante partum,in partu,& poſt partum extitit; ſicut enim Verbum cum in forma Dei eſset non rapinam arbitratus eſt eſse ſe equalem Deo, ſed exinaniuit ſemet ipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & ita cum Deus

eſset

esset factus est homo, ita illa cum uirgo esset, mater facta est;& sicut tunc ille nō dimisit diuinitatem, sic nec ista uirginitatem; & sicut ille Deus & homo est; sic ista uirgo & mater existit.

Illa uos, uestramq; temeritatem contemnit, quæ postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Moisi, cum Ioseph sponso ipsius, tulit filium suum & dominum nostrum Iesum Christum, in Hierusalem, ut sisteret eum domino, sicut scriptum est in lege domini; Quia omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur: Et ut daret hostiam, secundum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum. *Luc. 2.*

Illa uos, uestramq; temeritatem contemnit quæ, cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendit ad diem festum Hierosolimam, consumatoq; festo ut rediret remansit Iesus, ipsa ignorante, in Hierusalem, quo tandem cognito, regressa est cum Ioseph querens ipsum, & in templo inuento, dixit ei; Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te; & descendit cum ipsis Nazaret, & erat subditus illi. *Luc. 2.*

Illa

Illa uos fugam capere facit, o cultores ſulphuris, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens ualde rutilans, filia Sion, tota formoſa & ſuauis; pulcra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata; quam qui creauit requieuit in tabernaculo eius, & dixit ei; In Iacob inhabita, & in Iſrael hereditare, & in electis meis mitte radices, & ſic in Sion firmata eſt, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieuit, & in Hieruſalem poteſtas eius.

Illa uos fugam capere facit, quæ dum uiueret uiatrix fuit ſecundum poſſe mereri, non ſecundum poſſe peccare; ita .n. non ſolum ligatus fomes fuit, ſed & extinctus in ipſa, quod nec leui quidem maculare mentem crimine potuit; hinc
*Mag. 3.* ſuper omnes emicat ſanctos; qui, ſi cum
*Diſt. 3.* hic uiuerent interrogati fuiſſent; Vtrum ſine peccato eſſent, omnes una uoce reſpondiſſent; Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.

Illa uos fugam capere facit, quæ in Chana Galileę, ad nuptias in quibus defecit uinum, dixit filio ſuo; Vinum non habēt. Deinde miniſtris; Quodcunque dixerit
*Ioan. 2.* uobis facite: Et cum iuſſu Ieſus impleſſent

ſent ſex Idrias lapideas aqua, ipſam in ui num conuertit,quod cum guſtaſſet Architriclinus,ait ſponſo; Omnis homo primum bonum uinum ponit,& cum inebriati fuerint tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonũ uinũ uſq; adhuc.

Illa uos ad loca uobis debita me miniſtro deiicit, o corruptores bonæ mentis, quæ cum Maria Cleophæ,& Magdalenæ, iuxta crucem Ieſu filii ſui ſtabat, quam cum ipſe uidiſſet,ait illi; Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo ſuo Ioanni; Ecce Mater tua.Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. *Ioan. 19.*

Illa uos ad loca uobis debita, me miniſtro,deiicit,quæ cum debitum carnis,morte interueniente exſoluiſſet, aſſumpta eſt ad ęthereum thalamum in quo rex regũ ſtellato ſedet ſolio;unde ſicut olim à Patriarchis fuit enigmatibus figurata,a Prophetis dictis prænunciata,& àb Euangeliſtis demõſtrata,ſic nunc inCœlis ab Angelis mirificis laudibus extat collaudata.

Illa uos ad loca uobis debita,me miniſtro deiicit,quæ ſicut dominus noſter Ieſus Chriſtus filius eius, aduocatus eſt apud Patrem æternum, qui etiam interpellat pro nobis gemitibus innenarabili-

*Actus uitæ Virg. Mariæ cum Christo concomitantiam habuere.*

bus

bus, ita mortalium aduocata ſolicita eſt: Succurit enim miſeris ,orat pro populo, interuenit pro clero , intercedit pro deuoto femineo ſexu,& pro toto humano genere .

Illaq; tandem uos exorcizat, o uirginitatis hoſtes , quę nimia conformitate cum domino noſtro Ieſu Chriſto filio eius, in actibus uitæ ſuæ reſplenduit: Sicut enim prædeſtinatus fuit Chriſtus in carne uenturus , ſic illa Chriſto carnem datura ; Figuratus ſuit , & prophetatus Chriſtus,figurata fuit ipſa, & prophetata ; Et nunciata ſi fuit incarnatio Verbi, non cuicumque uirgini hoc,ſed illi.

Illa uobis ſuis meritis contrauenit , o omnium ſcelerum immundisſima hoſpitia, in quam filius altisſimi ingreſsus eſt, quando deſcendit de cælis;& ſicut idem natura,conceptus eſt in ipſa ſine peccato, ſic illa gratia,concepta fuit ſine peccato; atque ſicut ille ſanctus natus eſt , ſic illa exordia ſumpſit ſancta.

Illa uos fugere decernit, o filii perditionis,quæ natũ Chriſtũ,reclinauit in preſepio;& ipſe circuncisſus fuit in carne ab ipſa ſumpta; Atque ipſo nato , inuenitur a Paſtoribus , ubi etiam commora-

tur

tur illa.

Illa uos,ueſtramq́; ſuperbiam calcat,o conuerſatores infidelium , cuius filius in eius gremio a Magis fuit inuentus & ado ratus; in Aegypto ab ipſa delatus ; & inter doctores diſputans,in tẽplo inuentus.

Illa uos,ueſtramq́; proteruiam uincit, o diſcipuli falſitatis, cui ſubditus erat filius in Nazaret; & ipſa annuente, uinum ex aqua fecerat in Chana Galileæ ; & patienti Chriſto compatiebatur.

Illa uos,ueſtramq; temeritatem contẽnit, o Serpentes ſuperati , quę ſtabat iuxta,crucem pendente in cruce Chriſto ; ex qua cum loqueretur , & ipſi loquebatur; & cui cum lancea pectus figeretur, compasſionis gladio cor eius feriebatur.

Illa uos fugam capere facit , o cultores ſulphuris,quæ ſicut mortuo Chriſto, corpus eius non uidit corruptionem,ſic ipſius mortuę corpus non cognouit incinerationem; Et ſicut Chriſti corpus, a querentibus in ſepulchro non inuenitur , ſic defuncta ipſa,ipſius queſitum minime eſt repertum;atquė ſicut Chriſtus reſurrexit, ſic & illa creditur iam conſurrexiſse.

Illaq; tandem ad loca uobis debita , me miniſtro deiicit,o corruptores bonæ

men

mentis ,quæ sicut Christi magnificen tia super cęlos est eleuata,ita exaltata est super choros Angelorum ad cęlestia regna; Et sicut ille interpellat pro nobis gemitibus innenarrabilibus ; sic illa pro nobis exorat ; Ille Patrem deprecatur, hęc ipsũ Filium; Ille ostendit uulnera , hęc ubera. Illa itaque uos exorcizat; Egoq; cum illa precipio uobis,Filii eiusdem authoritate, ut hinc discedere festinetis , & ab omni maleficio hanc creaturam Dei solutam & liberam relinquatis.

Quousque itaque tandem exibitis ? Quid moramini ? Quid temerarie cogitatis ? Fugite rebelles æternæ maiestatis , Date locum Deo maledicti; Et exite cito ab hac imagine sanctissime Trinitatis, euntes ad loca uobis a Deo parata ; Loca arida,inuia, sterilia, & inhabitabilia ubi nec creatura aliqua rõnalis apparet , nec uestigia uidentur. Ipsi ergo semper uirgini obedite,mihiq; ministro Filii eius,qui potest uos destruere & reedificare; Et cũ Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum .

# EXORCIZATIO QVINTA.

## Quæ est ex gestis Domini nostri Iesu Christi.

¶ *Stando Exorcista coram altare, Psalmũ sequentem dicat.*

QVI habitat in adiutorio altissimi; in protectione Dei cęli commorabitur. Dicet domino, susceptor meus es tu, & refugium meum; Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo uenantium; & à uerbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te ueritas eius; non timebis a timore nocturno. A sagitta uolante in die a negocio perambulante in tenebris; ab incursu, & Dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis; ad te autem non appropinquabit. Verũtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugiuum tuum. Non accedet ad te malum; & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis man-

dauit de te;ut custodiant te in omnibus uiis tuis. In manibus portabunt te; ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me sperauit, liberabo eum; protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum; & ostendam illi salutare meum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui &c.

¶ *Versus personam obsessam se uertens Exorcista, sequentem lectionem dicat.*

Lectio libri Apocalipsis beati Ioannis Apostoli.

2. FActum est prelium magnum in cælo Michael & angeli eius præliabantur; cum Dracone: & Draco pugnabat & angeli eius, & non preualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cęlo. Et proiectus est Draco ille magnus, Serpens antiquus, qui uocatur Diabolus & Satanas, qui seducit uniuersum orbem. Et proiectus

iectus est in terram, & angeli eius cnm illo missi sunt. Et audiui uocem magnam in cęlo, dicentem ; Nunc facta est salus, & uirtus,& regnum Dei nostri , & potestas Christi eius, Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum , qui accusabat i los ante conspectum Dei nostri , die ac nocte,& ipsi uicerunt eum,propter sanguinem Agni,& propter uerbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.

¶ *Manu posita super uertice capitis personæ obsessæ , dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Mattheum.

DVctus est Iesus in desertum a spiritu,ut tentaretur a Diabolo. *Matt. 4.* Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit . Et accedens tentator, dixit ei ; Si filius Dei es.Dic ut lapides isti panes fiant.Qui respondens ait; Scriptum est ; non in solo pane uiuit homo , Sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Tunc assum-

psit eum Diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinaculum templi, & dixit ei; Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est; non tentabis dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum ualde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Vade Sathana, Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus, et ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei.

¶ *Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus astantibus, dicat Litanias sequentes.*

## LITANIE.

*Iesu Christi appropriata, & laudes.*

O Iesu Christe eleisō. ℟. Christe eleis.
Primus, & nouissimus. ℟. Mis. nob.
Deus et homo. ℟. Prosterne illos.
De Spiritu Sancto conceptus. ℟. P. illos.

Ex uirgine natus.℟.Proſt.illos:
Puer nobis datus.R.Proſt.illos.
Angelus teſtamenti.℟.Proſter. illos.
Propheta magnus. ℟. Proſt: illos.
Radix Dauid.℟.Proſt.illos.
Chriſte Flos de radice.℟.Proſt.illos.
Chriſte ſemen benedictionis.℟.Pr.ill.
Lignum paradiſi.℟.Proſt.ill.
Fructus dulcis.℟.Proſterne illos.
Vitis uera.℟.Proſt. ill.
Agnus Dei ℟.Proſt. illos.
Sacerdos in æternum.℟.Proſt.ill.
Caput Eccleſiæ.℟.Proſterne ill.
Medicus animarum.R.Proſt.ill.
Medicina ſalutaris.R.Proſt.ill.
Chriſte Altare Dei R. Proſt.ill.
Chriſte brachium domini.℟.Pr.ill.
Dextera uirtutis.R.Proſt.illos.
Fons domus domini.R.Proſt.ill.
Vena aquarum.R.Proſt. illos.
Lapis angularis.R.Proſt.illos.
Petra percuſſa.R.Proſt. illos.
Lux uera.R.Proſterne illos.
Mons præparatus.R.Proſt.illos:
Oſtium ouium R.Proſt.illos.
Chriſte oriens ex alto.R.Proſt.illos.
Chriſte Paſſer ſolitarius.R.Proſte.ill.
Princeps pacis.R. Proſt.illos.

Serpens in ligno.R.Prosterne illos.
Stella ex Iacob.R.Prost.illos.
Sol iustitię.R. Prost. illos.
Canstelabrum ductile.R.Prost.ill.
Hasta fulgurans.R.Prost.illos.
Imber temporaneus.R.Prost.illos.
Clauis Dauid.R.Prost.ill.
Christe pannis uiuus.R.Prost. illos.
Christe cibus uiatorum R. Prost.ill.
Granum frumenti.R.Prost.illos.
Corona salutis.R.Prost.ill.
Obiectum Angelorum R.Prost.ill.
Lumen Patriarcharum.R.Prost. ill.
Præuisio Prophetarum.R.Prost.ill.
Norma Apostolorum.R.Prost.ill.
Illuminatio Euangelistarum.R.Pr.ill.
Palma Innocentum.R.Prost.illos.
Christe corona MartirumR. Prost. ill.
Christe suffragium Confessorũ.R.P.il.
Contemplatio Doctorum. R.Pr.ill.
Auxiliũ Monachorum.R.Pro. illos.
Gaudium Eremitarum.R.Prost. illos.
Zelus Saeerdotum.R.Prost.ill.
Calor Leuitarum.R.Prost.ill.
Continentia Virginum.R.Prost.ill.
Speculum Viduarum.R.Prost. ill.
Triumphus Sanctorum oĩum.R.P.ill.
Christe finis legis.R.Prost. illos.

¶ Sur-

¶ *Surgens Exorcista, stando, facie conuersa ad altare, modo sequenti Deum exoret.*

℣.Domine exaudi orationem meam.
R.Et clamor meus ad te ueniat.
℣.Exurgat Deus, & discipentur inimici eius.
R. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

## ORATIO.

EIa magne cunctipotens, timende ac tremende Deus, qui es totus oculus, quia omnia uides; totus manus quia omnia operaris; & totus pes, quia ubique es: Qui es mens infinita, & præstans quedam natura qua nihil est melius, cuius prouidentia mundum quem condidit assidue gubernat, miserere huic creaturæ tuæ, a Dęmonio uexatæ secundum magnam misericordiam tuam. Nonne enim dominator domine Deus misericors es? Clemens? Patiens? Nonne misericordia tua maior est miseria eius? Nonne hoc est plasma tuum, quod sicut lac mulsisti, & sicut caseum coagulasti; Quod pelle & carnibus uestisti, & ossibus & neruis cō-

*De Deo dicta notabilia.*

pegiſti? Miſerere itaque imagini, & ſimilitudini tuæ; ut confuſus Diabolus, qui eam occupat, omnes ſatelites eius diſpergantur in uirtute tua, & comprimantur in dextera fortitudinis brachii tui, & adiurati per uirtutem magnitudinis potentiæ tuæ, hinc recedant, & cognoſcant quod non eſt qui tue poſſit reſiſtere uoluntati; cui omnia ſuperiora, media & inferiora dant gloriam. Vocem meam igitur audi ſecundum miſericordiam tuam, & adiuua hanc creaturam tuam, ut libere meditare poſſit in iuſtificationibus tuis ſemper; & uota ſua tibi domino reddere coram omni populo tuo, & in atriis domus tuæ, te ualeat inceſſabili gratiarum actione laudare. Amen.

¶ *Sedeat hic Exorciza, & ſequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

EXorcizo uos maledictos rectores tenebrarum harum per Deum Verbum, quod erat in principio, & apud Deum; & in fine temporum, manens qđ erat aſſumpſit quod non erat, naturam

videlicet humanam in personam diuinam quando caro factum est, quatenus omnē deponentes maliciam, proteruiam, & obstinationem, Deo viuo & vero, hinc discedere festinantes, obediatis, & mihi ministro eius, vices suas in hac parte gerenti, & ita precipienti. N. Damnate atque damnande princeps? Scriptum est; Non tentabis Dominum Deum tuum. Vade retro itaque, & exi ab hoc plasmate Dei; vade retro, & si que sunt maleficia destruenda, & ex hoc corpore mittenda dimitte. Vos quoque alii spiritus maligni, cuiuscumque gradus & conditionis existatis, quid contra Deum stare pressumitis? Durum vobis est contra stimulum calcitrare: Quem namque contemnitis, timere debetis, Scriptum est enim Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies.

*Deut. 6.*

*Deut. 6.*

Exorcizo vos per misterium propheticum verborum Moisi dicentis, dominnm Abrae dixisse; in semine tuo benedicentur omnes gentes: Quibus progeniem corporalem Verbi incarnandi nunciauit. Sed & per eandem Patriarcharum, Regum, & Ducum progeniem illustrissimam, de qua Euangeliste loquuntur.

*Profetie omnium actuū uita & mortis Iesu Christi.*

tur in libro generationis eiusdem.

*Amos. 3.* Exorcizo vos per misterium propheticum verborum Amos dicentis; Non faciet dominus verbum quin prius loquatur ad prophetas suos: Quibus uerbum in carne nascendum prius nunciandum esse dixit. Sed & per eandem annunciationem per Angelum Mariæ virgini factam, in Nazaret ciuitate Galileæ.

*Isa. 7.* Præcipio vobis, vt fugiatis per misterium Propheticum verborum Isaiæ dicentis; Ecce uirgo concipiet & pariter filiũ: Quibus Iesu Christi virginem matrem prænunciauit. Sed & per eandem virginem matrem, virtute altissimi in conceptu obumbratam.

*Isa. 1.* Precipio vobis per misterium propheticum verborum Isaiæ dicentis; Cognouit bos possessorem suum, & asinus presepe domini sui: Quibus presepe in quo Christus nasciturus erat nunciauit. Sed & per eundem locum in quo Christus in sua natiuitate fuit reclinatus.

*Gen. 17.* Precipio vobis per misterium Propheticum reseratum Abrae Patriarchè his verbis; Omne masculinum circumcidetur in vobis: Quibus circumcisio Christi ostensa fuit. Sed & per eius circumcisionem,

sionem, post consumationem octo dierũ in carne præputii sui receptam.

Aufero à vobis omnem potestatem in hac creatura Dei etiam commorandi per misterium phopheticum uerborum Dauid dicentis; Reges tarsis,& insule mu nera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent: Quibus Christus à gentibus adorandus nunciatus fuit. Sed & per ipsam, in tribus Regibus, adorationem,& reuerentiam,auro, thure, & mirra protestatam. *Psal. 71.*

Aufero a vobis omnem potestatem per misterium propheticum verborum Mala chię dicentis; Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis,& angelus testamenti quem uos vultis: Quibus presentationem Christi in tẽplo nunciauit. Sed & per eandem presentationem, quam mater eius fecit in templo vt sisteret eum domino. *Mala. 3.*

Aufero a vobis omnem potestatem per misterium propheticum verborum Dauid dicentis; Deus stetit in sinagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat; Quibus disputationem quam fecit Christus in medio Doctorum nunciauit Sed & per ipsam disputationem, in qua *Psal. 81.*

stupe-

ſtupebant omnes & mirabantur ſuper prudentia & reſponſis eius.

Debilito uos per miſterium propheticũ verbum Ezechielis dicentis; Effundam ſuper vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris, & dabo uobis ſpiritum nouum: Quibus baptiſmum inſtituendum à Chriſto nunciauit. Sed & per ipſum ſanctum baptiſma, quo niſi quis renatus fuerit non poteſt introire in regum Dei.

Ezec. 36.

Debilito vos per miſterium prophetiCum verborum Dauid dicentis; Operui in ieiunio animam meam: Quibus ieiunium Chriſti nunciauit. Sed & per ipſum ſanctnm Ieiunium, in deſerto, quadraginta diebus & quadraginta noctibus conſecratum.

Pſal. 34.

Debilito vos per miſterium propheticum verborum Iſaiæ dicentis; Spiritus domini ſuper me, euangelizare peccatoribus miſit me: Quibus diſcipulos Chriſti pauperes eſſe debere nunciauit. Sed & per eoſdem diſcipulos domini.

Iſa. 61.

Volo vos ab hac creatura Dei fugere per miſterium propheticum verborum Iſaiæ dicentis; Aperientur oculi cecorum, & aures ſurdorũ patebunt, & ſaliet

Iſa. 25.

ſicut

ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum: Quibus Chriſtum miracula facturum eſſe nunciauit. Sed & per ipſa miracula omnia, potenti virtute ab ipſo demonſtrata.

Volo vos fugere per miſterium prophe ticum verborum Danielis dicentis; Suſcitabit Deus cæli regnum quod in ęternum non diſſipabitur.& regnum eius alteri po pulo non tradetur. Quibus ſtatū eccleſiaſticum a Chriſto inſtituendum nunciauit. Sed & per eundem ſtatum in quo gens ſancta eſt,genus electum,regale Sacerdotium,& populus acquiſitionis. *Dan. 2.*

Volo uos fugere per miſterium propheticum uerborum Iob dicentis; Inſidiati ſunt & preualuerunt mihi: Quibus inſidioſas perſecutiones iudaici populi contra Chriſtum machinandas nunciauit. Sed & per ipſas inſidias pro nobis ab ipſo toleratas. *Iob. 30.*

Caſſo conſilia veſtra per miſterium propheticum verborum Dauid dicentis; Aſtiterunt reges terræ, & princeps conuenerunt in unum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius: Quibus conſilium contra Chriſtum colligendum nunciauit.Sed & per ipſum conſilium in quo *Pſal. 2.*

deter-

determinatum fuit vt ipſe moreretur ne tota gens peritet.

Caſſo conſilia veſtra per miſterium pro
Pſal. 54. pheticum verborum Dauid dicentis; Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſuplántationem: Quibus tradendum Christum fore nunciauit. Sed & per proditionem ipſam a Iuda eius diſcipulo operatam, quam propter noſtram ſalutem pertulit.

Caſſo conſilia veſtra per miſterium
Zac. 11. propheticum verborum Zachariæ dicentis; Appenderunt mercedem meam triginta argenteis: Quibus vendendum eſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nunciauit. Sed & per eandem venditionem, qua redempti ſumus.

Confringo vos, veſtraſq; determinationes per miſterium propheticum ver-
Iſa. 53. borum Iſaiæ dicentis; Oblatus eſt quia ipſe uoluit: Quibus ſponte mori Chriſtum nunciauit. Sed & per eandem ſpontaneam ſui ipſius pro nobis ad mortem preſentationem.

Confringo vos per miſterium prophe-
Pſal. 58. ticum verborum Dauid dicentis; Ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes; Quibus Chriſtum à miniſtris capi debere

bere nunciauit. Sed & per eandem capturam, qua nos a vinculis peccatorum nostrorum solutos dimisit.

Confringo vos per misterium propheticum verborum Micheæ dicentis; Percutient maxillam iudicis Israel: Quibus dominum nostrum Iesum Christum colaphizandum futurum fuisse nunciauit, sed & per eandem colaphizationem ab vno ministrorum impletam, qua nos ab æterna percusione redemit. Mich. 5.

Decerno vos ab hac creatura Dei fugere per misterium propheticum verborum Isaiæ dicentis; Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me: Quibus faciei Christi, post velationem, offensionem nunciauit. Sed & per eandem faciei eius offensam, qua signauit super nos lumen gloriæ diuinitatis suæ. Isa. 50.

Decerno vos fugere per misterium propheticum verborum Dauid dicentis; Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Quibus flagellationem Christi nunciauit. Sed & per eandem flagellationem qua a planta pedis usque ad verticem capitis infirmatus fuit. Psal. 62.

Decerno vos fugere per misterium Isa. 22.

prophe-

propheticum verborum Isaiæ dicentis Coronans coronabit te tribulatione. Quibus spinis coronandum esse Christum nunciauit. Sed & per eandem, qua coronauit nos gloria & honore.

*Psal. 93.* Precipio vobis ut fugiatis per misterium propheticum verborum Dauid dicentis; Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt: Quibus Christum ad mortem crucis iudicandum nunciauit. Sed & per eandem condemnationem, qua nos à suplicio inferni absoluti fuimus.

*Mich. 1.* Præcipio vobis per misterium propheticum verborum Micheæ dicentis; Vadā spoliatus & nudus; Quibus Christum pro crucifixione spoliandum futurum fuisse nunciauit. Sed & per eandem spoliationem, qua nos vestiti sumus in presenti gratia, & in futuro gloria.

*Iob. 7.* Precipio vobis per misterium propheticum verborum Iob dicentis. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Quibus Christum in ligno crucis suspendendum esse nunciauit. Sed & per eandem suspensionem in ligno, qua qui in ligno uincebat, in ligno quoque victus fuit.

Aufero a uobis omnem potestatem morandi in corpore huius, per misterium propheticum uerborum Dauid dicentis; Foderunt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea: Quibus pedum & manuum Christi uulnerationem nunciauit. Sed & per eandem uulnerationem, qua medelam uulneribus nostri cordis attulit. Psal. 21.

Aufero a uobis omnem potestatem per misterium propheticum uerborum Isaiæ dicentis; Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit: Quibus Christum pro transgressoribus Patrem oraturum nunciauit. Sed & per eandem orationem, qua nos docuit pro inimicis orare. Isa. 53.

Aufero a uobis omnem potestatem per misterium propheticum uerborum Dauid dicentis; Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Quibus Christum ueritatem carnis in cruce declaraturum esse nunciauit, Sed & per illa uerba eius misterium adimplentis, cum diceret; Eloi, Eloi lamazabatani. Psal. 21.

Debilito uos per misterium propheticum uerborum Dauid dicentis; Dederunt in escam meam fel, & in siti mea po- Psal. 68.

Psal. 21. tauerunt me aceto: Quibus amaram potationem Christo propinandam nunciauit. Sed & per eandem potationem, quã cum gustasset noluit.

Debilito uos per misterium propheticum uerborum Isaiæ dicentis; Tradidit in mortem animam suam: Quibus Christum mortem nostram, morte sua destruere debere nunciauit. Sed & per eandem preciosissimam mortem, qua nos uita immortali fecit uiuere. (Isa. 53.)

Debilito uos per misterium propheticum Isaiæ dicentis; In dilectione sua, & in indulgentia sua redimet eos: Quibus per Christi mortem, remissionem peccatorum sua redemptione nunciauit. Sed & per eandem redemptionẽ qua nos de faucibus inferni abstulit. (Isa. 53.)

Volo uos fugere per misterium propheticum uerborum Iob dicentis; concidit me uulnere, irruit in me quasi gigas. Quibus Christi pectus lancea uulnerandum esse nunciauit. Sed & per idem uulnus, ex quo inextimabilem cordis sui charitatis ardorem apertissime manifestauit. (Iob. 16.)

Volo uos fugere per misterium pro

pethicum uerborum Zacharię dicentis; Zac. 9.
Tu in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non est aqua: Quibus liberationem sanctorum Patrum a limbo per Christum faciendam nunciauit. Sed & per eandem Patrum liberationem & limbi spoliationem.

Volo uos fugere per misterium propheticum uerborum Abacuc dicentis; Aba. 3.
Percussisti caput de domo impii; Quibus uictoriam contra Diabulum a Christo reportatam nunciauit. Sed & per eandem uictoriam, qua nos triumphatores in gloria constituit.

Casso consilia uestra per misterium propheticum uerborum Moisi dicentis; Suspensus in patibulo eodem die sepelietur: Quibus Christi sepulturam, Deut. 21.
quæ corporis Christi corruptionem non uidit præmonstrauit. Sed & per idem sepulchrum, qui nos de carcere inferni seruauit.

Casso consilia uestra per misterium propheticum uerborum Dauid dicentis; Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Psal. 15.
Quibus gloriosam resurrectionem Christi nunciauit. Sed & per

eandem resurrectionem, qua nobis res-surgendi firmam fidem fecit.

Casso consilia uestra per misterium *Psal. 46.* propheticum uerborum Dauid dicentis; Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ: Quibus mirabilem Christi ad cælos ascensionem nunciauit. Sed & per eandem ascensionem, qua nostræ beatitudinis spem corroborauit.

Confringo uos per misterium prophe ticum uerborum Dauid dicentis; Dixit *Psal. 109.* dominus domino meo, sede a dextris meis Quibus Christum ad dexteram Patris sessurum esse nunciauit. Sed & per eandẽ sessionem, qua sedet ad dexteram maiesta tis in excelsis.

Confringo uos per misterium prophe *Iohe. 2.* ticum uerborum Iohelis dicentis; Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii uestri & filie uestre: Quibus spiritum Sanctum a Christo mittendum super apostolos nunciauit. Sed & per eandem missionem, qua & mirabilia audiuit, & diuina uniuersa terra cognouit.

Confringo uos per misterium prophe *Isa. 3.* ticum uerborum Isaiæ dicentis; Dominus ad iudicandum ueniet cum seniori-

bus

bus; Quibus Christum iudicem uniuersi, in fine seculi uenturum nunciauit. Sed & per iustum iudicium eius, quo reddet unicuique secundum opera sua.

Atque tandem Exorcizo uos, ut Deo obediatis; precipio uobis ut fugiatis; aufero a uobis omnem potestatem in hac creatura Dei etiam commorandi; debilito uos; uolo uos fugere; casso consilia uestra; & confringo uos, uiresque uestras, ac maleficia omnia per omnia simul prophetico misterio de Christo premonstrata.

malef.

Sed & per eundem dominum nostrũ Iesum Christum qui in progenie fuit in Isaac ex Abraam, figuratus; in Sansone, nunciatus; in lapide exciso de monte sine manibus, conceptus; in Moise in fiscella misso, in presepe positus; in Isaac, circumcisus; in Ioseph, adoratus; in Samuele, in templo presentatus; in Salomone, in templo disputans inuentus, in Naamam, baptizatus; in Moise, ieiunio maceratus; in Eliseo, in electione discipulorum mostratus; in Elia, miraculosus; in Abraam qui creuit in gentem magnam, ecclesiæ institutor; in Daniele, insi

*Figurè omnium actuũ uitæ & mortis Iesu Christi.*

dias paſſus;in Ieremia,conſilio circumuentus ; in Amaſa,traditus; in Ioſeph, uenditus; in Iuda Machabeo , ſponte morti oblatus; in Tobia, captus; in Michea,colaphizatus: in Aman,facie uelatus; in Ieremia, flagellatus ; in Ariete ab Abraam ſacrificato, ſpinis coronatus; in Aman,ad crucem condemnatus; in Ieremia, ſpoliatus; in Serpente in ligno exaltatus ; in Acab Rege , crucifixione uulneratus ; in Moiſe,pro ſibi moleſtis orator; in Booz, aceto potatus ; in Abel , occiſus & mortuus ; in Moiſe ueniam pro populo,optinente, redemptor; in Adam, latere uulneratus , in Dauid liberatore Amalechitarum , liberator Patrum , & ſpoliator Limbi; in Ioſue qui cepit Regem Ierico, Diaboli uictor, in Ioſia,cum fletu ſepultus, in Sanſone , reſuſcitatus ; in Elia, in cęlum aſcendens ; in Salomone in ſolio Patris ſui ſedente,ad dexteram Patris ſedens, in Nube totam terra replente,ſancti Spiritus dator,Atque in Daniele , iudex eſt,uenturus iudicare uiuos & mortuos & ſeculum per ignem,quando reddet unicuique ſecundum opera ſua.

Procul itaque, procul hinc eſtote profani ſpiritus,hinc diſcedite ſine leſione i-

ſtius

ftius creaturæ Dei, uel alterius, & abite in locum uobis a Deo paratum, Precipio namque uobis in nomine Dei uiui & ueri per omnia ſupradicta. Quid itaque? Quid moramini Dei audito nomine? Nunquid parum uobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Sed nunquid ipſi reſiſtere poteritis? Et eius autoritati, mihi in hac parte commiſſe? Ipſe eſt enim qui, eadem authoritate, docet manus meas ad prelium, & poſuit ut arcum ereum brachia mea, In eius itaque nomine perſequar ſemper uos inimicos meos, & comprehendam, & non conuertar donec deficiatis, Confringam uos, nec poteritis ſtare, cadetis ſuptus pedes meos, comminuam uos ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo uos, ut ſit uobis interitus ſempiternus, & Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorum.



EXORCIZA-

6.ª

# EXORCIZATIO SEXTA,

Quæ est ex prerogatiuis Sancta-
rum virtutum.

¶ *Dum ante altare stat Exorcista, dicat Psalmum sequentem.*

Lego.

Psal. 3.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi: quia dominus suscepit me. Non timebo millia populi circundantis me; exurge domine, saluum me fac Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa; dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus & super populum tuum benedictio tua. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c.

¶ *Versus personam obsessam se uertat Exorcista, & sequentem lectionem dicat.*

Lectio

Lectio Esaiæ Prophetę.

LEuate in cælum oculos vestros,& vi dete sub terra deorsum, quia cæli si cut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atterretur,& habitatores eius sicut hęc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit,& iusticia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum non metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis,& si cut lanam, sic deuorabit eos tineas. Salus autem mea in sempiternum erit, & iusticia mea in generationes generationũ. Consurge consurge, induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti Draconem? Esa. Cap. 51.

Lege

*¶ Manu posita super uerticem capitis personæ obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelij.*

Lectio Sancti Euangelii ſecũdum Lucam.

Lege

DEscendens Iesus de monte stetit in loco campostri,& turba discipulorum e- Luc. cap. 6.

Verte

rum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudea, & Hieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſanarētur a languoribus ſuis, & qui vexabantur a ſpiritibus immundis curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

¶ *Flectens genua immediatè, cum omnibus aſtantibus dicat Exorciſta Litanias ſequentes.*

## LITANIE.

KYrie Eleiſon. R. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon. R. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. R. Kyrie eleiſon.

*Notabilia dicta de Deo.*

Deus, ſumma Trinitas. R. Miſer. nobis.
Trinitas in vnitate. R. Miſerere nobis.
Vnitas in Trinitate. R. Miſerere nobis.
Sancta Maria. R. Ora pro nobis.
Deus obedientia ſubiugās. R. Eiice illos.
Paupertate alleuians. R. Eiice illos.
Caſtitate decorans. R. Eiice illos.
Omnes Sancti beatorum ſpirituum ordines. R. Orate pro nobis.
Deus, in cælum reſſidens. R. Eiice illos.

Iuſtis

Iustis cęlum aperiens. R. Eiice illos:
Nauis in cælũ transferens. R. Eiice illos.
Oẽs Sancti Patriarche. R. Orate ꝓ nobis.
Deus, gratia reficiens. R. Eiice illos.
Bonitas perficiens. R. Eiice illos.
Perfectio sufficiens. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Profete. R. Orate pro nobis.
Deus, precium immensũ. R. Eiice illos.
Gaudiis respersum. R. Eiice illos.
Solium excelsum. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Apostoli. R. Orate pro nobis.
Deus, via securissima. R. Ejice illos.
Veritas certissima. R. Eiice illos.
Vita perennissima. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Euangeliste. R. Orate pro nobis.
Deus, summa entitas. R. Eiice illos.
Summa veritas. R. Eiice illos.
Summa bonitas.. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Innocentes. R. Orate pro nob.
Deus prudentia non fallens. R. Eiice ill.
Dulcedo non apparens. R. Eiice illos.
Fortitudo non opprimens. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Martires. R. Orate pro nobis.
Deus, vnice creator. R. Eiice illos.
Pientissime redemptor. R. Eiice illos.
Copiosissime premiator. R. Eiice illos.
Oẽs sancti Pontifices. R. Orate pro nobis.
Deus, amande toto corde. R. Eiice illos.

Diligen-

Diligende tota anima. R. Eiice illos.
Colende tota mente. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Confessores. R. Orate ꝑ nob.
Deus, qui carnis concupiscentiam tolis. R. Eiice illos.
Qui oculorum concupiscentiam frenas. R. Eiice illos.
Qui vitæ superbiam terres. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Doctores. R. Orate pro nobis.
Deus, humilium exaltator. R. Eiice ill.
Pauperum ditator. R. Eiice illos.
Mortificatorum suscitator. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Monachi. R. Orate pro nobis.
Deus, gratiosa speciositas. R. Eiice ill.
Luminosa radiositas. R. Eiice illos.
Virtuosa preciositas. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Eremite. R. Orate pro nobis.
Deus, efficax operator. R. Eiice illos.
Nobilis commendator. R. Eiice illos.
Excellens coronator. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Sacerdotes. R. Orate pro nob.
Deus, corona virginalis. R. Eiice illos.
Sapientia magistralis. R. Eiice illos.
Gloria triumphalis. R. Eiice illos.
Oēs Sancti Leuitę. R. Orate pro nobis.
Deus, qui es summe gratiosus. R. Eiice illos.
Qui es summe preciosus. R. Eiice illos.

Qui es

Qui es summe gloriosus. R. Eiice illos.
Oēs Sanctæ Virgines. R. Orate pro nobis.
Deus, cæcorum ductor. R. Eiice illos.
Deuiorum reductor. R. Eiice illos.
Peregrinorum perductor. R. Eiice illos.
Oēs Sanctæ Viduæ. R. Orate pro nobis.
Deus, Angelorum infessor. R. Eiice ill.
Hominum possessor. R. Eiice illos.
Dæmonum repressor. R. Eiice illos.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei. Intercedite pro nobis.

¶ *Surgens Exorcista, faciem conuertat ad altare, & dum stat, modo sequenti Deum exoret.*

℣. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.
℣. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor.
R. A timore inimici eripe animam meam.

Lege optime

## ORATIO.

DEus æterne, principii & finis carentia; Spiritus, simplicitate; Pater, creatione; *Notabilis dicta de Deo.*

Verte

tione; Domine, vniuerſi poſſeſſione; Sapiens, prudenti prouidentia; Optime, omni bonitate; Omnipotens, virtute; iuſte, remuneratione; Clemens, pænitentibus; atque miſericors, miſeris; Qui etiam Sol, copioſiſſima gratiarũ liberalitate; & Ignis ardentiſſima diceris charitate; Reſpice quæſumus propitius ſuper nos, & miſerere noſtri, quia uolunt nos inimici tui perdere, & hereditatem tuam delere, nam diabolica nimis ſæuit rebellio contumax contra facturam hanc tuam, quam exagitat Dæmonum multiplex violentia, dum obliuiſcuntur, cum hominem lacerarãt, te eius Deum eſſe; Nam ſi creaturam vexant, tu es creator eius; ſi captiuum, tu es redemptor eius; ſi perditum, tu es reuocator eius; ſi filium, tu es Pater eius; ſi infirmum, tu es medicus eius; ſi diſcipulum, tu es Magiſter eius; ſi ſeruum, tu es dominus eius; ſi membrum, tu es caput eius; ſi inopem, tu es ditator eius; ſi mortalem, tu es vita eius; ſed etſi adulterum, tu es verus ſponſus eius; ſi ſine lege, tu tamen es Rex eius; ſi ignorantem, tu es ſapientia eius; ſi fortè crudelem, tu es clementia eius; ſi vicioſum, tu es virtus eius; ſi mendacem, tu es veritas eius; ſi mali-

*Deus quotupliciter, & quomodo ſit omne bonũ homini.*

cioſum,

ciosum, tu es bonitas eius; si fragilem, tu es potentia eius; si forsan oditorem, tu es charitas eius; si caducum, tu es æternitas eius; si imperfectum, tu es perfectio eius; si ingratum, tu es gratia eius; si tandem danabilem, tu es saluator eius. Respice itaque, respice clemens de solio sancto diuinitatis tuę, & reminiscere miserationum tuarum, & misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt, ut hinc malignantium caterua deuicta abire festinet, ministerio nostro autoritate tua fulcito. Exaltare itaque Domine in virtute tua pro adiutorio nostro, ut iam prostratus Diabolus cum omnibus complicibus suis, cantemus tibi gloriam tuam, & psallamus virtutes tuas. Magnalia enim tua recensebimus in generatione & generationem, & magnificabimus veritatem tuam in ore nostro; prestoq; semper erimus ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem, in decacordo Psalterio, cum cantico in Cithara. Amen.

¶ *Sedeat nunc Exorcista, & sequentia compleat.*

EXOR-

# EXORCISMVS.

EXorcizo uos omnium uiciorum nequiſſimos inuentores, ſuaſores, & conſumatores, per Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum , Deum trinum & unum, qui infinita bonitate ſua iudicare conſueuit nocentes nos, & impugnantes nos impugnare, quatenus in me indigno famulo ſuo, uobis precipiente, autoritatis ſuæ uirtutem intelligentes, uos ipſos proſternere proponatis , proſtratosq; diſcedendi moras quaſcumque diſrumpere debeatis, Ego enim uirtute et autoritate prædicta, ſiue principales, ſiue minus principales, cum omni ueſtro ſceleſtisſimo comitatu, ſigno ſanctæ crucis † domini noſtri Ieſu Chriſti interueniente iam uos hinc abire ſtatuo, præcipioq; uobis diſtrictè, ut nunc omnes hinc diſcedentes ; omne maleficiorum genus , ſi quod eſt in corpore huius creaturę Dei, erradicare, ac erradicatum uobiſcum extrahere, ſine eiuſdem creaturę corporis uel animæ leſione, ſit uobis neceſſe, nam & ego ſicut uos omnes fugere compello, ſic omne maleficium ueſtrum diſſolutum ac

omnino

omnino discipatum esse decerno.

Noctes, quæ mentes hominum obscurare contēditis? Sicut estis omni malo culpæ malæ, & omni malo pænæ digne, sic ponat Deus tenebras latibulum suum in circuitu suo contra uos, per omnis boni dignificationē: Per bonum. s. per essentiam, quo nemo bonus est nisi solus Deus; per bonum naturæ, in quo uidens Deus cuncta quæ fecerat, erāt ualde bona; per bonū in genere, quo bona sunt omnia, obiecti bonitate; per bonum ex circumstantia, quo bona sunt omnia, debita qualitate; per bonum meritorium, quo motui naturali bona additur intentio; per bonum gratiæ, quo quis fit Deo gratus; per bonum gloriæ, quo quis æterna retributione gloriatur; atque per bonum virtutis, quo per habitum mentis bene institutæ, additur operi perfectio ex parte operantis; Quam perfectionem vos semper neglexistis, nam ad malum prouidè omni conatu descendistis.

*Mar. 10.*

*Gen. 2.*

*Bonum quotuplex sit.*

Mallei, qui hominum mentes percutere insistitis? Irrideant vos omnes inimici vestri per sanctam virtutis essentiam, quæ quo ad illud a quo est, bona qualitas mentis dicitur, qua bene viuitur, qua nullus

*Virtus diuersimode diffinitur. August.*

male utitur, quamq; solus Deus in homi ne operatur: Quo verò ad illud in quo est, habitum mentis bene institutæ: Sicut quo ad id circa quod est, habitum voluntariũ in mediocritate consistentem terminata ratione prout sapiens determinabit, esse censetur. Sed quo ad finem suum, dispositio est perfecti ad optimum; Quemadmodum quo ad effectus suos, habitus naturæ, animæ decus, vitę ratio, morum pietas, cultus diuinitatis, honor hominis, & æternæ beatitudinis meritum; A quo ab initio cecidistis, & in demeriti profundũ vos ipsos conclusistis.

*Aristot.*

*Isidor.*

Ostia, per que transiens venit ad limina mortis? Qui habitat in cælis vos irrideat, per sanctarum virtutum dignificationem, ab operatione diuina inprimis cõsurgentem; Solus enim Deus, omnis virtutis autor, in homine operatur; a bonorum etiam inhabitatione; in solis nanque bonis consueuit immorari; a spirituali decoratione; quoniam in melius animam consueuit reformare, & a supercælesti remuneratione; propterea quod premium virtutis ipse est qui virtutem dedit, Deus .s. gloriosus, a quo omne datum optimũ, & omne donum perfectum est descendẽs

*Dignitas uirtutum pendet a quatuor.*

*August.*

A quo

A quo cum etiam vos excellentisſima naturalia recipiſſetis, gratias non egiſtis, ſed contra ipſum ſuperbè præſumpſiſtis.

Vectes, qui nos queritis anguſtisſimo ergaſtulo concludere? Comprehenſi ſitis in conſiliis quibus cogitatis, per ſanctarum uirtutum commendabilem excellentiam, a Chriſto prius tanquam à laudatisſimo Doctore manantem, cum dicat; Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde; ab ipſarum celſitudine deinde; Virtus enim una eſt altisſimis defixa radicibus: A mirifico cordis ſolatio; Iucundum enim eſt cum uirtute habitare fratres in vnum; A ſecura poſſesſione, ita vt omnia in ſe poſita eſſe dicat uirtuoſus: A certitudine vtilitatis, ſicut nanque non ſine pœna ſunt vicia, ita ſine premio nunquam ſunt virtutes: Atque tandem maxima remuneratione, nam in cuſtodiendis uirtutibus retributio multa eſt, ſicut vobis vicia colentibus pæna maxima debetur.

*Commendabiles ſunt uirtutes.*

*Matt. ij.*

*M. T. Cic.*

*Boetius.*

Aquilones, qui homines ſuperba tumiditate inflare contenditis? Captio quam abſcondiſtis apprehendat vos, per ſanctarum virtutum bonitatem, propter quam in ſe bone ſunt, & in nobis; In ſe, cum virtus ſit bona qualitas mentis; In nobis, quo-

*Bone ſunt uirtutes diuerſimode.*

*Auguſt.*

niam nos ex malis bonos faciunt; iam verò bonos, inter bonos constituunt; inter bonos autem constitutos, præbent fructus bonos facere; atque bonos fructus facientibus, premia disponunt: Per primum, conuertunt, tenebras in lucem, & lupum in agnum; Per secundum de ira in gratiá transferunt, & de filiatione Diaboli patris uestri, in filiationem Dei patris nostri: Per tertium ex ociosis, operosos, & ex non meritoriè operosos, faciunt meritoriè; Per quartum autem, malum culpæ in bonum gratiæ, & malum pænæ in bonum gloriæ commutant, sed non uobis, quibus ignis a constitutione mundi paratus est.

*Perfectio uirtutum quotuplex sit.*

Cadauera horribilia, omni malo putrida? ueniat uobis laqueus quem ignoratis, per sanctarum virtutum perfectioné, qua sicut in agendis, rationabile est obsequium nostrum; ita in habendis, diuitiis dimissis & paupertate, necessariis adeptis quiescimus; non eleuamur in prosperis, nec in aduersis deiicimur. Quapropter omnes in charitate existentes sufficientes redduntur; Animam pro ouibus ponunt, Prælati; Renunciant omnibus, Religiosi; Continentiam setuant, sacris initiati; Atque mortem habent in uoto ac vitam in

pacien-

paciencia, firmitate ſecuri: firmitatis autē huiuſmodi vos opoſitum retinentes, non in bonum aliquod, ſed in omne nefas firmi ſemper permanſiſtis.

Ciues, patriæ nullius ordinis ſed ſempiterni horroris? Percusſi ſitis omnes aduerſantes nobis, per ſanctarum uirtutum conditiones, propter quas quemadmodū remotione tētationū Hōnes quaſi arbores in radice firmantur, & multiplicatione bonorum actuum quaſi floribus decorantur, atque delectatione in bono quaſi dulcisſimo fructuum ſapore fruuntur; ita ad ipſarum conſumationem, diſpoſitionem ſuauiter præparantem habitum plenè informantem, operationem multiformiter cōprobantem, atque tandem præmium gloriosisſime coronantem, requirunt: Vos autem talia virtutum requiſita deſpicientes, & omnium uiciorum cōditiones complectentes, ad ęternam pænam eſſe deſtinatos declaratis.

*Conditiones ad uirtutem requiſite.*

Fabri, qui ſemper aliquod malum cōſtruitis? Aſcendat Deus ſuper Cherubim contra uos, & uolet ſuper pænas uentorum, per ſanctarum uirtutum effectum, quo fit ut uirtuoſus, relicto uicio tamquam luto, gaudeat quaſi in floribus ſe-

*Effectus uirtutis diuerſi.*

dendo, & dimiſſo luctu extrema gaudia mundi occupante, letetur in hilaritate ſalubritatis, in ſalubri libertate, in libera dignitate, in digna duratione, in durante bonitate, in bona retributione, atque in retributione diuina. Sicut enim uirtute Deum perquirenti tale bonum Deus eſt, ut ipſi bene ſit, ita uicio, eum deſerenti, tale bonum eſt, ut ipſi male ſit. Qualis itaque uobis Deus erit? Dominus formidabilis, Iudex condemnans, & ultor accerrimus.

Venatores, qui animas hominum corporaq; diuerſimodè capere perquiritis? Inclinet contra uos Deus cælum & deſcendat, & caligo ſub pedibus eius ſit, per ſanctarum uirtutum uirtutem, quæ cor hominis excæcatum illuminat, uulneratū ſanat, & mortuum uiuificat; atque hominem ipſum protegit ne teneatur ſpinis auaritiæ, ne demergatur aqua concupiſcentiæ, & comburatur igne iracundiæ; tanteq; eſt efficaciæ ut in inferno ita ignem cohibeat, ne virtuoſum ledere preſumat; imo uirtute tali, regnum cælorum uim patitur & uiolenti rapiunt illud; Vobis uero, quibus uiolenta de cælorum regno deiectio fuit, acerbiſſima quoque erit in inferno

*Operatio uirtutum eſt uigoroſa.*

*Matt. ij.*

ferno sempiterna dirreptio.

Ascensores, qui in nos cupitis superba insessione conscendere? Loquatur uobis dominus in ira sua, per gratuitarum uirtutum uinculum, quo fit quod sicut omnes quo ad actus meritorios sunt æquales, ita quo ad habitus sint connexe: Diuina etenim larga liberalitate donante, una non est sine alia, cum unam non infundat sine alia; Cithara nanque anima nostra est, Vas auri solidum, Hortulus nobilis; ideo unius disparitate cordæ non debet obstrepere, defectu debiti splendoris non debet torpere, nec ornatu manco debet collanguere; sed spiritualis melodiæ armonia, omniq; lapide precioso, atque florum uarietate, mirificè prestare; Tales quoque uos miseri a rectitudine non deuiantes esse debebatis, ut omnis uirtus in uobis spectaretur, & non omne uicium uobis iungeretur.

*Connexe sũt uirtutes.*

Exactores, qui semper a nobis malum solicite expetitis? Intonet contra uos dominus, & altissimus det uocem suam, grandinem, & carbones ignis, per æqualitatem sanctarum uirtutum, quæ etsi innæquales sint in autoritate; Maior enim Charitas est. Et in faciliori usu ex habi-

*Aequales et innequales in quomodo uirtutes sĩt.*

tu procedente; atque in feruentiori opere ex intensa uirtute manante; Aequantur nihilominus in essentia, quia omnes simplices sunt; in subiecto, quia omnes fundantur in anima; in facilitate operandi, quia non impedite operantur promptè; in merito, quia omnes redunt uita ęterna dignos; inq; summo fine, quia omnes ad Deum referuntur. In quem & uos quare non tendistis? Sed potius a quo quare discessistis? Et uobis perpetuam gehenam acquisitis?

*Augentur uirtutes, & quomodo.*

Gigantes, qui ceruicem superbam in Deum & nos erigitis? Conclusi sitis in manibus inimicorum uestrorum, per sanctarum uirtutum pariformem augmentum, quo Cithara rationalis animæ armonico concrepat spiritualis medoliæ sono, dum una uirtute, siue intentione, siue radicatione, potestate, siue diuinae similitudinis expressione, aut etiam permanentia diuturniore, crescente, crescit & alia, ut ab unius cordę extensione, tendatur & alia, ad æqualitatem temperamenti debitè exprimendi pro cantando atque psalendo in choro cordis domino. De acceptis beneficiis gratias agentes, & non auersa mente, sicut uos, progredientes, qui

ideo

ideo sententia inreuocabili ignibus inferni deputati estis.

Exterminatores, qui homines queritis e terminis rationis deiicere? Traditi sitis in animas tribulátium uos, per sanctarum uirtutum matres; matres inquam, non ex eo quod habitus generet habitum, sed motus motum, sucessiua propagatione, Nam lectio parit cognitionem, cognitio amorem, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, femiliaritas fiduciam, fiducia facilem impetrationem: Huius autem generis sunt; Fides Charitas, Prudentia, & Humilitas, Nam Fide, ceteri aliarum uirtutum boni motus generantur; Charitate, educatio, Prudentia, regimen, & Humilitate, conseruatio. Sed quando uos aliquid humilitatis conseruastis? Prudentia, pro bono, rexistis? Charitate educastis? Vel fide, ex uobis bonum motum generastis? Ideo uobis omne malum expectate.

*Quæ sint matres uirtutũ, quomodoq; generent.*

*Bern.*

Serui, qui nos peccatis, uobisq; seruire Satagitis? Paret contra uos dominus in iudicio thronum suum, per sanctarum uirtutum ordinem, quo alique Politicæ dicuntur,

*Differunt virtutes, & in quibus. Macrob.*

dicũtur homines in ꝑlio regẽtes cõtra uicia, actu exteriori dimicãtes; alie purgatorie, de presenti uicto uicio eosdem homines ab eisdem, actu interiori atque exteriori segregantes; alie purgati animi, iam repulsis uiciis, eosdem homines in pace iam sedere procurantes; Alieq; tandem exemplares nominantur, in mente diuina, in qua omnium uirtutum est idea, gloriose triumphantes. Sub talium autem uirtutum differentiis uos aliquando fuisse nõ habetis gloriam, sed in omni uicio, cuius inuentores estis, suasores, & patratores.

*Virtus assimilatur diuersis.*

Peccatores, qui ab initio peccastis, nosq; peccare queritis? Inueniatur manus domini a uobis inimicis eius, per sanctarum uirtutum assimilationem, propter quam diuersis aliquando comparantur pigmentis ex aromatibus, semitis pacificis, & stellis in custodiis suis; cibariis uoluntatis, uestibus deauratis, & armis bellicis; Gemis preciosis, auro probato, & thesauro in agro; Fontibus hortorum, & Puteis aquarum uiuentium; Floribus fulcientibus, & malis stipantibus, atque Arboribus bonis, sicut bona est Arbor uirtutis Sapientiæ, quæ per timorem seminatur, per gratiam irrigatur, per fidem radicatur,

*Hugo de S. Victore.*

catur,

catur, per deuotionem germinat, per desiderium crescit, per charitatem roboratur, per spem uiret, per circumspectionem frondet, per disciplinam floret, per doctrinam fructificat, per patientiam maturescit, perq; mortem carpitur tandem. Hanc uos impii ignoratis arborem, quia quemadmodum natura nescitis mortem, ita uoluntate quodcumque aliud eius spernitis, ideo despecti estis & semper eritis.

Impii, qui contra nos & Deum, impio cõsurgitis motu? Dominus in ira sua conturbet uos, per tres uirtutes Theologicas, & quatuor Cardinales, quæ informatę gratia omnes simul sunt sicut carbones, non extincti, sed ardentes; sicut colores, non in tenebris sed in luce; sicut rami, non aridi, sed uirentes; sicut àle, non mortue, sed uolantes; sicut aurum, non obscurum, sed refulgens; sicutq; gẽme, non lutuose, sed decorantes; in uobis autem luctuosum omne, obscurum, mortuum, aridum, tenebrosum, & extinctum esse & fuisse non ambigimus.

*Conueniunt Theolog. uirtutes cum Cardinalib⁹.*

Catuli, qui tentantes latratis nimis ut terreatis animas? Ignis in uos a facie Dei exardescat, per sanctarum uirtutum Theo-

*Differunt Theolog. uirtutes a*

*Cardinalib'.*
*Arist.*

Theologicalium & Cardinalium discrimen; differunt enim propterea quod illarum habitus, actus producunt, istarum uerò actus habitum; ille sunt discretiue actuum in Deum, iste in proximum; illarum actus sunt interiores, istarum uerò sunt exteriores; ille sine donis non habentur, iste sine ipsis; illarum fundamentum ius est diuinum, istarum uerò humanum, ille habentur per infusionem, iste uerò per acquisitionem; illarum finis & obiectum Deus est, istarum uerò finis propriè, sed non propriè obiectum; atque ille semper in finem summum tendunt, iste autem tandem ad ea quę sunt ad finem. Vos autem impii cum nec has uirtutes nec illas habeatis & ea quæ sunt ad finem habere neglexistis, & ipsum summum finem in despectum habuistis.

*Theologice uirtutes differunt inter se.*

Vituli, qui homines indomitos facere perquiritis? Carbones succensi sint a Deo contra uos, per sanctarum uirtutum Theologicarum differentiam, qua animaduertimus Fidem asentire, non confidere, siue diligere; Spem confidere, non asentire, siue diligere; Charitatem diligere, non asentire, siue confidere; Fidem esse in rationali anima, Spem in ira-

irascibili, Charitatem in concupiscibili; Fidem esse circa uerum, Spem circa arduum, Charitatem circa bonum; Fidem cognoscere Deum, ut ueritas Spem ipsum habere ut æternitas, Charitatem eundem diligere vt bonitas. atque Fidem in præsenti Deum sequi, Spē ipsum in cælo comitari, atque Charitatē eundem perpetuò amplexari; sicut autem talibus, inter se virtutes iste differunt, sic vos a virtuosis propter ipsas, non tantum differe, sed contrariati soliciti fuistis.

Boues, qui homines, ab Isaia fenum dictos, deuorare satagitis? Deuoret vos ignis, per sanctarum virtutum Cardinalium discrimen, propter quod non quolibet est respectu cuiuslibet, quoniam Prudentia modificat rationalem virtutem animæ, Temperantia concupiscibilem, Fortitudo irascibilem, Iustitia omnes virtutes; Prudentia instituit hominem in se, Temperantia armat hominem in prosperis, Fortitudo in aduersis, Iustitia dirigit in proximum; Prudentia noscit se posse, Temperantia non præsumit quod non potest, Fortitudo vult plus quam possit, Iustitia quod æquum est uel esse possit, Prudentia eligit, Temperantia vitat, Fortitudo tolerat,

*Cardinales uirtutes differunt inter se.*

*August:*

lerat, Iustitia distribuit; Prudentia præcauet insidias, Temperantia coercet praua delectantia, Fortitudo perfert molesta, Atque Iustitia subuenit miseriis hominũ, sed uestris miserias adiungit; atque sumè prudens, temperans, fortis, & iustus, uobis afflictis, adhuc in finem afflictionem dabit.

*Fides quid sit, eius effectus, & comparatio. Heb. ij.*

Leones, qui homines spiritu deuorare queritis? Fumus in ira Dei ascendat contra uos, per sanctam virtutem Fidei, quæ est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium; cuius mirifici sunt effectus, nam mentem purgat, temporalia contemnit, contra mundum pugnat, dat perseuerantiam, postulata impetrat, Impium iustificat, hominem saluat, eundemq; beatificat; assimilatur autem Petre fundamentali, quoniam sicut edificiũ est stabile quod erigitur in petra, sic uirtutum structura quæ in Fide firma edificatur; Apostolo dicente, Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est; Hoc autem fundamentum et si uos aliqualiter habeatis, non est vobis sperandi firmitatis, sed timendi potius, creditis enim & contremiscitis.

*Spes quid sit eius effe-*

Porci, qui nos immundos esse optatis?

Con-

Confringat uos dominus ſicut cedros,& comminuat tanquam uitulum libani, per ſanctam uirtutem Spei, quę eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex Dei gratia,& meritis propriis proueniens; cuius mirifici ſunt effectus, nam miſeros confortat, tribulatos liberat, temporalia miniſtrat, mentem eleuat hominem ſaluat; aſſimilatur autem Anchore quoniam ſicut nauis ipſa tutatur & firmatur, ita anima eadem ſtabilitur; Dicente Apoſtolo, Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpē, quam ſicut Anchoram habemus animæ tutam & firmam: Hanc autem Ancoram vos cum ammiſeritis, quid amplius expectatis, niſi perpetuum naufragium?

*ctus,& comparatio.*

Serpentes, qui nobis ocultè inſidias apponitis?Det uobis dominus ſecundum nequitiam adinuentionum veſtrarum, per ſanctam virtutem Charitatis, quæ eſt finis precepti de corde puro,& conſcientia bona,& fide non ficta; cuius mirifici ſunt effectus,nam ſuauiter vulnerat,chariſſimos inebriat, amore languet, dulcedine liquefacit, peccatum expellit, legem cuſtodit, dilectione Dei Dignum facit, Deum homini iungit,mentem virtutibus ornat,perfectionem adducit, gloriam tribuit; aſſimila-

*Charitas quid ſit,eius effectus, & comparatio.*

mila-

milatur autem auro, quoniam sicut hoc igne purgatur, ita illa fornace tribulationis probatur: Aurum autem huiusmodi cum vos non habeatis, fornace tali non purgatur, sed rabidi odii igne rubiginosum vestrum plumbum excandescit.

*Prudentia quid sit, & eius officiũ. Macrob.*

Aspides, qui veneno peccati queritis homines perdere? In furore suo Deus cõturbet uos, per sanctam uirtutem Prudentiæ, quæ rationis est norma cogitans quę cunque agit, vniuersa dirigens; mundum & omnia quæ in mundo sunt diuinorum contemplatione despiciens, omnem animæ cognitionem in diuinis Deoq; erigẽs, & solum hæc, tanquam si nihil aliud sit, intuens; Sicut institutum eius est actus aliarum virtutum dirigere; Nam Prudentia non tam est virtus quam auriga virtutum: Ideo uobis non tantum viciosis, sed omnium aurigis uiciorum, vnde Prudentia? Ideo confusi in vestra imprudentia peribitis.

*Bern.*

*Temperãtia quid sit, & eius præstantia. Macrob.*

Vipere, quæ contra nos liuorem venenatum emittitis? Mittat sagitas suas dominus, & discipet uos, per sanctam uirtutem Temperantiæ, quę est nihil appetere penitendum, in nullo legem mediocritatis excedere, omnia relinquere inquantũ

natura

natura patitur quæ corporis usus requirit, terrenasq; cupiditates non solum reprimere, sed penitus obliuisci: Quemadmodum institutum eius est animam decórare; nam sicut in rebus forma est præstantior materia, ita in omnibus magis commendatur modus temperatus actionis, actione: Quemadmodum in vobis pessimis condemnatur malus modus operandi & peior operatio.

Basilisci, qui nos osculorum ictu furoris optatis interimere? Gladium domini vibret contra uos, per sanctam virtutem Fortitudinis, quæ est animum supra periculi metum agere, nihil nisi turpia timere, tolerare fortiter aduersa uel prospera; animo non terreri a corpore recedere, altitudinem abhorrere; passiones ignorare, non metuere, nescire irasci, nihil concupiscere inhonesti: sicut effectus eius sunt diuitias dare, homini bona conseruare, animam ornare, in extremis firmare, de hostibus triumphare, remunerationem expectare, ac regnum cælorum expugnare: Quem uos aliquando, non virtuosa fortitudine sed temeraria præsumptione, ausi fuistis impugnare, sed non preualuistis, neque locus inuentus est uobis amplius

*Fortitudo quid sit, eius effectus. Macrob.*

in eo.

*Iustitia quid sit, et quibus consistat. Macrob.*

Cæte, quæ in hoc mundo mari magno uagatis ad hominum prædam? Positi sitis ut clibanum ignis in tempore vultus domini, per sanctam uirtutem iustitiæ, quæ est seruare vnicuique quod suum est; ad unam cuiusq; propositi uiam vniuscuiusquæ uirtutis officium conseruare; & ita cum superna mente sociari, ut seruet cum ea fædus perpetuum imitando: Quemadmodum consistentia eius est in fidei adhesione, in sancta meditatione, in uocali oratione, in plena eruditione, & in profunda humiliatione, quam semper despexistis quam et hucusque contemnitis, nam cum omni scelere, superbia uestra ascendit semper.

*Nomina multa Diaboli, & Patrum uirtutes enumerantur deinceps.*

pereat gloria vestra. 84

O itaque omnium viciorum inuentores nequissimi; contra Deum adhuc stare presumitis? Noctes tenebrose? Calcitratis adhuc? Mallei molestissimi? Adhuc? Gloriamini forsitan de prælatione Dæmonis, perspicacitate suæ scientiæ homines persequentis? † Pereat gloria uestra, & regat uos dominus in uirga ferrea, per omnium sanctorum Patrum virtutes; per cognitionem Adæ, per Innocentiam Abel, & per studium deuotę inuocationis Enos.

Ostia

Oſtia mortis? Vectes concludentes? Aquilones inflantes? Gloriamini forſitan de Diaboli, iam de cęlo fluxi, & ergaſtulo concluſi, prelatione? † Pereat gloria ueſtra, & cum omni maleficiorum genere, facti ſitis tanquam puluis quem proiicit uentus a facie terrę, per uſum amicitiæ cum Deo Enoch, per iuſtitiam Noæ, & obedientiam Abraæ.

Cadauera putrida? Ciues infernales? Fabri malorum? Gloriamini forſitan de Belial, quaſi ſine iugo contra dominum pugnante, prelatione? † pereat gloria ueſtra, & tamquam uas figuli confracti ſitis, per meditationem Iſaac, ſolicitudinem Iacob, & continentiam Ioſeph.

Venatores iniqui? Aſcenſores ſuperbi? Exactores importuni? Gloriamini forſitan de Behemot, tanquã beſtia homines ſibi ſimiles querente, prelatione? † Pereat gloria ueſtra, & fulgura multiplicet Deus contra uos, per manſuetudinem Moiſi, Zelum Phinees, & fortitudinem Sanſonis.

Gigantes maligni? Exterminatores crudeles? Serui miſerrimi? Gloriamini forſitan de Leuiathan, querente homines peccata peccatis addere, prelatione? † Pereat



diabolus

malef.

Belial.

Behemot

Leviatan.

uerte.

gloria ueſtra,& conſumetur nequitiaper humilitatem Dauid, ſapientiam Salomonis, & religionem Ioſaphat.

Peccatores pertinaces? Impii ſceleſtes? Catuli latrantes? Gloriamini forſitan de Mamonæ, ad homines fallendum diuitiis utente, prelatione? † Pereat gloria ueſtra,& conuerſi ſitis in infernum,per pænitentiam Manaſes, obſeruantiam mandatorum Dei Ioſię, & feruorem Heliæ.

Vituli petulantes? Boues indomiti? Leones uoraces? Gloriamini forſitan de Sathanæ aduerſario dei prælatione?† Pereat gloria ueſtra,& nomen ueſtrum deleatur in ęternum & in ſeculum ſeculi,per contemptum mundi Heliſei, prophetiam Iſaię, & compaſsionem Hieremię.

Porci immundi? Serpentes inſidioſi? Aſpides venenoſi? Gloriamini forsitan de Beelzebub uiri muſcarum .i. animarum malarum, prælatione? † Pereat gloria ueſtra,& dolores inferni circundent uos,per eleuationem mentis Ezechielis, abſtinentiam Danielis, & pacientiam Iob.

Vipere mordaces? Basilisi furentes? & Cęte predantes? Gloriamini forſitan de Luciferi, in malum mentes hominum illuminantis, prælatione? † Pereat gloria

uestra, & intereatis in sæculum seculi, per misericordiam Tobiæ, clementiam Oniȩ, instrutionem Esdræ, atque tandem deffensionem legis Iudæ Machabei; Intereatis inquam in seculum seculi, & in secula seculorum.

## EXORCIZATIO SEPTIMA, Queȩ est ex institutis Ven. Sacramentorum.

¶ *Stando Exorcista coram altare. Psalmum sequentem dicat.*

INclina domine aurem tuam mihi, & exaudi me; quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus sum; saluum fac seruum tuũ Deus meus sperantem in te. Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die; letifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu domine suauis & mitis; & multæ miserdiȩ omnibus inuocantibus te. Auribus percipe orationem meam; & intende uoci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te; quia exaudisti me. Non est similis tui in diis domi- *Psal. 8.*

ne;& non eſt ſecundum opera tua. Omnes gentes quaſcumque feciſti uenient, & adorabunt coram te domine; & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia; tu es Deus ſolus. Deduc me domine in uia tua,& ingrediar in ueritate tua; lætatur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo,& glorificabo nomen tuum in æternum. Quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me; & eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui inſurrexerũt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam; & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo. Et tu domine Deus miſerator & miſericors; patiens & multæ miſericordiæ & uerax. Reſpice in me,& miſerere mei; & da imperium tuũ puero tuo, & ſaluum fac filium ancillę tuæ. Fac me cum ſignum in bonum ut uideant qui oderunt me, & confundantur; quoniam tu domine adiuuiſti me,& conſolatus es me. Gloria Patri, &c.

¶ *Verſus perſonam obſeſſam uertens ſe Exorciſta, ſequentem dicat lectionem.*

Lectio

Lectio Actuum Apostolorum.

PEr manus Apostolorum fiebant si-- gna & prodigia multa in plebe. Et e rant una nimiter omnes in porticu Salo monis. Cæterorum autem nemo audebat coniungere se illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur creden tium in domino multitudo uirorum ac mulierum: Ita ut in plateis eiicerent infir mos, & ponerent in lectulis ac grabatis: ut ueniente Petro, saltem umbra illius o-bumbraret quemquam illorum, & libera rentur omnes ab infirmitatibus suis. Con currebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & uexatos a spiritibus immundis, qui cura bantur omnes. Cap. 5.

¶ *Manu super uertice capitis obsessæ perso næ posita, dicat Exorcista sequentia San cti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii Secundum Lucam.

ERat Iesus docens in Synagogas Sab batis. Et ecce muller quę habebat spiritum infirmitatis annis decem&octo, &erat inclinata, nec omnino poterat sur Cap. 13.



Lege
Lege
18.
velle

ſum reſpicere. Quam cum uideret Ieſus, uocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua Et impoſuit illi manus, et confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem Archiſynagogus, quia ſabbatis curaſſet Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari: in his ergo uenite & curamini, & non in die Sabbati. Reſpondens autem ad illum dominus, dixit: Hypocritæ, unuſquiſque ueſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum aut aſſinum a preſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Habrahe quam alligauit Sathanas, ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui a uinculo iſto die ſabbati? Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarii eius, & omnis populus gaudebat in uniuerſis quæ glorioſe fiebant ab eo.

¶ *Flectens Exorciſta immediate genua, cum omnibus aſtantibus, dicat Litenias ſequentes.*

Lege

## LITANIE.

*Notabilia multa de Deo.*

KYrie eleiſon. R. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon. R. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.R.Kyrie eleiſon.

Pater creator ſpirituum.R.Miſ.nobis.
Fili increate ſpiritus. R. Miſerere nobis
Spiritus Sancte creator Spiritus.R.M.n.
Sancta Trinitas unus Deus.R. Miſ.nobis.

Deus,qui es charitas.R. Tormenta illos
Qui conſeruas ignoſcendo.R. Tor. illos.
Qui es dator munerum. R.Torm. illos.
Qui dona infundis charitatis.R.Tor.illo.
Qui es multum longanimis, R. Tor.illo.
Qui ſanas contritos corde. R.Torm.illo.
Qui erigis eliſos.R.Tor.illos.
Qui coerces quos emendas. R.Tor.illos.
Qui cor mundum creas R. Tor. illos.
Qui flammas mitigas.R.Tormenta. illos.
Qui gentium conſilia diſſipas. R.Tor.il.
Qui aquam de petra duxiſti.R. Torm.ill.
Qui Patres mare tranſtuliſti. R. To.ill.
Qui homini premia preſtitiſti. R.Tor.il.
Qui eſurientes bonis reples.R. Tor.illos.
Qui Sancto ſuggeſtu doces. R. Torm.il.
Qui ſapientia mundum condidiſti.
R. Tormenta illos.
Qui perditum hominem reformaſti.
R.Tormenta illos.
Qui in confesſione tui gentes adunaſti.
R.Tormenta illos.
Qui fideli corde tuam lege ſcripſiſti.

R.Tor

R.Tormenta illos.

Qui fideles unius efficis mentis.
R. Tor.illos.

Qui nos ſacramentis renouas. R. T.Illos.

Qui queris cordis ſacrificium. R.Tor.ill.

Qui nos diuinis gaudere tribuis.
R.Tormenta illos.

Qui in altum regrederis. R. Torm.illos.

Qui uiuo lapide tibi domum paras.
R.Tormenta.illos.

Qui tuam Eccleſiam fecundas.R.Tor.ill.

Qui & uiſibiliter potentiam oſtendis.
R.Torm.illos.

Qui mentibus mederis.R.T.il.

Qui ſcis non uirtute noſtra gloriari.
R.Torm.illos.

Qui omni nos uirtute ſcis deſtitui.
R.Tormenta.illos.

Qui ſcis in perriculis non poſſe nos ſub ſiſtere. R.Tormenta illos.

Qui nos afflictos noſcis. R.Torm.illos.

Qui das, auferſq; omnia.R.Tormen.illo.

Qui in te ſperantes non nimis ſinis concuti.R.Tormenta. illos.

Qui nos deducis, & reducis. R. Tor.ill.

Qui es in omni diſpoſitione mirabilis.
R.Tormenta illos.

Qui

Qui afflictione tuorum non letaris.
R. Tormenta illos.
Qui nos humilias & subleuas. R.
Tormenta illos.
Qui peccatorum non uis mortem.
R. Torenta illos.
Qui nos si mortificas, uiuificas.
R. Tormenta illos.

¶ *Surgens Exorcista, facie ad altare conuersa, modo sequenti Deum exoret.*

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ueniat.
℣. In conuertendo inimicum meum retrorsum.
R. Infirmabuntur & peribunt a facie tua.

## ORATIO.

POtentissime, sapientissime, & optime sempiterne Deus, sub cuius nutibus uitæ nostræ momenta decurrunt, & cui numquam sine spe misericordiæ supplicatur, qui nos fide, fauilla fulgoris æterni, instruis; & charitate, ardoris cælestis flamma, perficis; fide illuminas, charitate accendis; fide ligas, charitate stringis; fide uiuificas, charitate sanctificas; fide

*Comparatio inter Fidē, et Charitatē*

fide diſcipulos facis, charitate amicos; fide credere, charitate adorare; fide timere, charitate amare; fideq; ciues ſanctorum in terra, charitate autem domeſticos Dei in cælo; fiant queſo propter fidem noſtram, & charitate tuá, benigniſſime aures tuæ auſcultantes, & oculi tui queſo aperti ſint ut audias orationem ſerui tui, & propitius eſto ſorti huic & funiculo hęreditatis tuæ, ab immundis iſtis apoſtaticiſq; ſpiritibus iam in ludibrium facto: Hii enim tua uirtute deſpecta, ſpreuerunt quoque miniſterii noſtri mandata, authoritatem tuam contempſerunt, ſacriſq; reuerendisſimis illuſerunt; Sed tu pater noſter pientisſime, tremendeq; cunctipotens, conuerte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem omnium inimicorum eorum, humilia eos vſque ad terram, cadant ſuper eos carbones, in ignem deiice eos, mala capiant in interitu, & multiplicetur in eis ruina, ut cognoſcant quia nomen tibi Deus, & reuerentiam miniſterio noſtro preſtent; Et ut notum facias filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui, hinc eos diſcedere iube feſtinos, cogeq;, compel-

le;

le; tunc enim nos, hiis ascensoribus in mare proiectis, cum curibus & equitibus omnis ipsorum virtutis, tibi gloriose cantabimus, per singulos dies nomen tuum laudabimus, eidemq; sancto benedicemus in seculum & in seculum seculi; Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquemur, & mirabilia tua predicabimus. Virtutem terribilium tuorũ dicemus, & magnitudinem tuam narrabimus: Cui sit semper honor & gloria; Amen.

¶ *Sedens Exorcista, sequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

EXorcizo vos nequissimos Latrones, qui Hominem ab Hierusalem in Hierico descendentem dispoliastis, vulnerastis, & in uia semiuiuum reliquistis, per piissimum Samaritanum Dominum nostrum Iesum Christum, qui miserationis affectu compatiens, appropians ligauit vulnera eius, infudit oleum & vinum, imposuit in iumentum suum, duxit in stabulum, duos denarios pro eo dedit stabulario, supereroganda reddere promisit, sicq; medicinam, Sanctorum Sacramentorum institutione, attulit efficacem, qua cura-

tis

tis ipsius culpæ vulneribus, in suum principium finaliter duceretur; ne temerariè amplius in hanc facturam Dei moram trahere presumatis, sed ilicò discedatis, & ad loca uobis debita confugiatis, cum omni maleficio cuiuscumque generis, a quocumque excogitato, quomodocumque composito, qualitercumque suministrato, vbicumque reposito, quibuscumque vallato, quantumcumque efficaci, & cuicumque ordinato, per salutiferam eorundem sanctorum Sacramentorum ordinationem.

*Aug. 19. cōtra Faustū.*

*Institutio sacramentorū conueniens fuit.*

Exorcizo vos per conuenientem Sanctorum Sacramentorum Institutionem, sine qua in nullum religionis nomen, seu uerum seu falsum, homines coadunari possunt; etenim sine aliquo signaculorū, seu Sacramentorum sensibilium consortio, ad salutem æternam, in unum veræ religionis nomen facilè colligi non possunt; sicut enim homo cum in honore esset non intellexit, sed peccando comparatus est iumentis insipientibus, seq; subdit per effectum corporalibus rebus, sic medicinale remedium pro peccato, corporalibus signis adhibendum esse congruentissimum fuerat.

Exor-

Exorcizo uos per diuersorũ statuum Legis naturæ, scriptæ, & gratiæ, humani generis lapsi Sacramenta diuersa, quorum, que in lege naturæ extiterunt; Oblationes, Sacrificia, & Decimationes; sicut vmbra fuerunt; quæ autem in lege scripta .s. Circuncisio, Expiatio, & aliorum Sacrificiorum & oblationum multimoda uariatio; sicut figura; Atque illa quæ in lege gratiæ .s. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pænitentia, Ordo, Matrimonium, & Vnctio extrema; sicut perfectissimum complementum sunt in se ueritatem continens, quam significat.

*Diuerso tempore diuersa sacramenta fuerunt.*

*Vgo de Sãc. Vict.*

Coniuro uos per omnium Sacramentorum in aliquo conuenientiam; & institutionem in sensibilibus in primis, propter quam maxime effectus diuinę prouidentiæ relucent; Decebat enim ut corrupto homini, cuius cognitio ortum habet a sensu, Deum benedictum, quem attingere a fine usque ad finem fortiter, & disponere omnia suauiter palam est, Sacramenta in sensibilibus, omni statu proponere, ut in hoc omnia conuenirent; sicut & in significatione gratie; in concursu cum morbo; atque in hominis curatione.

*Conformia sunt sacramẽta antique & nouæ legis.*

*Sap. 8.*

Con-

*Differunt inter ſe ſacramēta antiq; & nouæ legis.*

Coniuro vos per omnium Sanctorum Sacramentorum antiquæ & nouæ legis differentiam, qua fit, hæc, quæ nouę leuis ſunt, dum conſiciuntur, & applicanrur, ſignificare & cauſare gratiam; cum virtutem effectricem habeant, illa autem quæ ſunt antiquæ, ſignificare tantum; pręparauerunt illa & perduxerunt ad hæc, hæc autem conſerunt quod illa de longinquo monſtrarunt; illa inſtituta erant pro tantum breui tempore duratura, hæc uſque in ſeculi finem perpetuò permanſura; fueruntq; hæc, illis relata, numero pauciora, utilitate potiora, uirtute efficaciora, pręeminenta digniora, atque ſignificatione euidentiora.

*Quid ſit Sacramentum nouæ legis.*

Coniuro uos per aptitudinem ſignificandi Sacramentorum nouæ legis ex naturali ſimilitudine; per ordinem determinatum reſpectu alicuius ſignificati, ex actuali inſtitutione; atque per virtutem efficiendi illud quod ſignificant, ex ſpirituali ſanctificatione: Propter quæ verè ſacramentum materiale elementum eſſe dicitur, extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione ſignificans, ex ſimilitudine repreſentans ex ſanctificatione aliquam gratiam inuiſibilem conſerens. Vel, inuiſi

*Hugo de S. Victore.*

*Auguſt.*

bilis

bilis gratiæ uisibilem formam, ad cultum Dei ordinatam, eiusdem imaginem gerens, & causa existens.

Constringo uos per principalem causam sacramentorum Deum omnipotentem; cui iniusti iustificatio, quæ est interior effectus sacramentorum, competit; illius enim causatio sacramentorum est, cuius est sanctificatio mentium dare; sanctificare autem, hominumq; mentem sacrare, Deo sacratissimo conuenit, imparticipata sanctitate Sanctissimo, dicente Apostolo; Deus qui iustificat, Quis est qui condemnet? & Isaia; Ego Dominus sanctifico uos.

*Principalis Sacramentorum causa Deus est.*

*Rom. 8.*

*Exod. 31.*

Constringo uos per meritoriam causam Sacramentorum, Dominum Nostrũ Iesum Christum, cuius humanitas tanquam instrumentum coniunctum refertur ad Deum, quapropter uirtutem salutiferam, sacramentalem gratiam, a Christi diuinitate per eius passam humanitatem, in Sacramenta progredi necesse est; ipse est enim testamenti Angelus, qui secundum tempus descendit in piscinam humanitatis suæ, ut sanguis eius & aqua per passionem commotis, uirtutem talem Sacramentis acquireret, quod descendentes

*Causa meritoria Sacramentorum Christus passus est.*

in piscinam meriti eius, per Sacramentorum susceptionem, salui fierent a quacũque peccatorum detinerentur infirmitate.

*Efficaciã habent Sacramenta a passione Christi.*

Constringo uos per efficaciam Sacramentorum quam habent a passione domini nostri Iesu Christi, cuius uirtus nobis per Sacramenta applicatur; In cuius certissimæ ueritatis significatiuum testimonium de latere crucifixi domini nostri sanguis & aqua fluxerunt, quapropter Deum propitiatorem omnium gratis esse, per gratiam ipsius quæ est in Christo Iesu, quem posuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei. ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi, testatur Paulus.

*Rom. 3.*

*Potestas excellentiæ est in Christo.*

Impero uobis sicut per potestatem authoritatis, inquantum Deus, ità excellentiæ ministerii, inquantum homo, quam habet dominus noster Iesus Christus in Sacramentis; cum meritum passionis eius operetur in illis, & nobis per fidem Christi in Sacramentis protestatam copuletur;

cum

cum in eius nomine Sacramenta ſanctifi centur,& conferantur; cum poſsit ipſe il la inſtituere,uirtutemq; infundere; atque ſine exteriori Sacramento, effectum ſanctificationis (ut decet) cauſare; cauſam enim ab effectu pendere non expedit,ſed effectum a cauſa, ideo ſine Sacramentis, que ſuæ ſunt inſtitutionis effectus, mundari quis ualet,uirtute ſuæ iuſtificationis, infectus.

Impero uobis,per congruentiam illã qua decuit dominum Ieſum Chriſtum Sacramenta ordinare; conueniens enim fuit ut ille qui erat diuinæ paternæ conſcius uoluntatis, Sacramenta gratiæ inſtitueret, ſicut nouæ legis gratiæ lator erat; Chriſtus namque ſumma bonitas, de ſumma bonitate manans; ſumma ueritas, de ſumma ueritate pullulans; ſummaq; uirtus,de ſumma Patris uirtute copioſiſſimè effluens; propter ſuam bonitatem beatificantia premia promiſit, propter ſuam ueritatem adiuuantia Sacramenta inſtituit, & propter ſuam uirtutem adimplentem precepta in nobis uirtutem reparauit.

*Inſtitutio Sacramentorum nouæ legis conueniebat Chriſto.*

Impero uobis per omnium Sacramẽtorum materiam, qua Sacramenta parantur

*Materialis causa Sacramentorum.*

*Aug. super Ioa.*

tur, determinabilem quo ad ſignificationem per uerba, uel ſigna: ſiue per Sacramentorum elementum, ex inſtitutione diuina determinatum, ad quod cum accedit uerbum fit Sacramentum: Sed & per ſacramentnm, & rem ſacramenti ſimul, quæ in ritè circumſtantionata adminiſtratione ſiue applicatione, & ſuſceptione ſacramenti confertur ut de plenitudine Ieſu Chriſti domini noſtri omnes accipiamus.

*Forma Sacramentorum eſt uerbum.*

Coniuro iterum uos per omnium ſacramentorum formam, quæ ſacris uerbis deducta, auribus hauritur, & uoluntate ac promisſione Dei nos docet, & ita cum elementis & euidentiam ſignificandi habent, & efficaciam ſanctificandi, quia dum auribus & oculis, qui duo ſenſus ſunt maximè cognoſcitiui, uerba & elementa offerunt, dant ſignificationis euidentiam; eminent autem in elementis uerba dum hæc illa ſanctificant, ut ſit copioſior humanę curationis uirtus.

*Finis institutionis Sacramentorum eſt multiplex.*

Coniuro quoque uos per finem ſanctę inſtitutionis Sacramentorum, qui ſecundum beneplacitum inſtituentis fuit hominem humiliare dum etiam elementis ſibi inferioribus quereret ſalutem; fuit

homi-

hominem exercere sacramentorum frequentatione ne in foro staret tota die ociosus: fuit hominem erudire ex sensibilium contemplatione ut ex uisibilibus inuisibilia perciperet, fuitq; perinde hominem spiritu sanare ex medicinæ applicatione, vt quod foris specie corporali cerneret, intus se curari a morbis malis crederet, vt tandem purus ad gaudia cælestis Hierusalem conscenderet.

*Mag. sent. lib. 4. Dist. 1.*

Coniuro etiam uos per omnium sacramentorum diuersitatem, secundum quam quædam sunt antiquæ legis, quædam uerò nouæ; quædam imprimunt characterem, & sunt inreiterabilia, Baptismus scilicet, Confirmatio, & Ordo sacer, quædam autem non imprimunt characterem, & reiterabilia sunt, Penitentia scilicet, Eucharistia, Matrimonium, & Vnctio extrema; Quedam quoque sunt quę non necessario ad hominis salutem requiruntur, sed cuicumque ea velle vel nolle suscipere libere adiacet, scilicet Sacer ordo, & Matrimonium; sed alia tandem necessario ad hominis salutem ut suscipiantur proponuntur, scilicet Baptismus, Confirmatio, Pęnitentia, Eucharistia, & Extrema vnctio.

*Diuersificantur inter se Sacramēta.*

Constringo iterum vos per misterium septem Lucernarum Tabernaculi, candelabro aureo in Australi parte erigendo, superpositarum; & septem lotionum Naaman leprosi principis militiæ Regis Siriæ; per misterium septem oculorum super unum lapidem, cuius sculptura cælanda erat, sicut dixerat dominus exercituum, quando auferenda erat iniquitas terræ illius in die una; & septem stellarum quas similis filio hominis in manu sua habebat; per misterium septem tubarum, quibus soluebatur clangor; & septem sigillorum, quibus liber scriptus intus & foris signatus erat; in quibus omnibus septem nouæ legis sacramenta figurata fuerunt.

*Figurata fuerunt nouæ legis Sacramenta. Num. 8. 4. Reg. 5. Zach. 3.*

*Apoc. 1. & 3. 5. 8.*

Constringo quoque vos per virtutem statutæ determinationis Domini, secundum quam mittens Apostolos in uniuersum mundum, baptizantes in salutem, precipiens illos in ciuitate sedere, donec induerentur virtute ex alto; mandans in cena gesta, in sui facere comemorationem; volens cum accepissent spiritum sanctum, ipsos remittere posse peccata; emittens eosdem ad predicandum, dum oleo ungerent in nomine domini; eligen-

*Quando Christus Sacramenta instituit.*

eligendo duodecim, quos & Apoſtolos nominauit, & alios ſeptuaginta duos deſſignando; atque, affirmando illos non eſſe ab hominibus ſeparandos quos Deus coniunxiſſet; Baptiſmum, Confirmationē, Euchariſtiam, Pænitentiam, Vnctionem extremam, Ordinem, & Matrimonium inſtituit.

Conſtringo etiam vos per principalem effectum omnium Sacramentorum, qui gratia eſt, in Sacramentis nouæ legis, ut in ſigno, & in cauſa inſtrumentali, ſecundum quandam uirtutem fluentem recondita, quæ ex opere operato, propter pactum, & ordinationem diuinam, virtutemq; Sacramentis inherentem confertur; contraria non exiſtens gratum facienti gratie; etſi Sacramentalis dicatur, imo nec habitus diſtinctus ab illa; perficit tamen illam in habente ipſam, & auget quo ad effectus comunes, qui ſunt gratum facere, perficereq; potentias virtutibus & donis ad diuerſos actus ordinatis, atque potentias ipſas ſpecialibus effectibus refert, ex participatione uirtutis dominicæ paſſionis.

*Effectus principalis et comunis Sacramentorum quis ſit.*

Impero iterum uobis per effectum proprium cuiuſcumque Sacramenti quo ra-

*Effectus proprius cuiuſ-*

*cunque Sacramenti qualis sit.*

tionalis anima diuersimodè illustratur; in Baptismo enim, spiritus Sancti gratia, ab Originali & actualibus criminibus mundatur, in Confirmatione autem, robore cælesti, in bono conseruatur; Sed in Eucharistia, spiritali, refectione, corpori Christi mistico incorporatur, In Penitentia verò, remissionem actualium peccatorum post Baptismum comissorum, plenè iustificatur; at in Ordine sacro, debita executione suscepti officii, ad futuram uitam præparatur; sicut & in Matrimonio, coniunctione animorum mutua, ad susceptionem educationemq; prolis, & fornicationem uitandam erudita, confortatur: quemadmodum in extrema vnctione, ad venialium peccatorum purgationem, uirtus altissimi prestatur.

*Character et Ornatus Sacramentorũ quales sint.*

Impero quoque uobis per duplex dispositiuum ad Sacramentalem gratiam, quorum vnum in Baptismo, Confirmatione, & Ordine sacro, Character est; Et aliud in Eucharistia, Pœnitentia, Matrimonio, & Vnctione extrema, est Ornatus; Character autem in Baptismo, fidei genitę est, in Confirmatione, fidei roboratæ, at in Ordine, fidei multiplicatæ; ideo in Baptismo incipientium, in Confirmatione

tione proficientium, & in Ordine perfectorum dicitur; per primum fideles ab infidelibus, per ſecundum fortes ab infirmis, & per tertium clerici a laici diſtinguntur: Ornatus uerò in Euchariſtia, Pænitentia, Matrimonio, & Vnctione extrema. Sacramentum non eſt, neque res eſt Sacramenti tantum, ſed cum Charactere, Sacramentum cenſetur, quia gratiam gratumfacientem ſignificat, & res Sacramenti, quia eius eſt effectus.

Impero uobis etiam per quorumcumque Sacramentorum rationem includendi bona, & excludendi mala, ſecundum quā Baptiſmus Fidei dicitur inductiuus, Confirmatio Spei, Euchariſtia Charitatis, Pænitentia Iuſtitiæ, Ordo Prudentiæ, Matrimonium Temperantiæ, & Vnctio extrema Fortitudinis; quemadmodum Baptiſmus peccati originalis eſt ablatiuus, Confirmatio impotentiæ, Euchariſtia, malitiæ, Pænitentia peccati actualis, Ordo ignorantiæ, Matrimonium concupiſcentiæ, & Vnctio extrema peccati venialis; ſicq; omne bonum uirtutis theologicæ & Cardinalis adducit, atque omne malum quorumcumq; uitiorum abducit.

*Sacramenta ſingula uirtutes ferunt & uitia auferunt.*

Coniuro

*Baptiſmi diffinitio, & teſtimonia.*
*Tit. 3.*

Coniuro uos iterum per Sacramentũ Baptiſmi, lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, a Deo in nobis effuſum per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternę; cuius prophetans Ezechiel dicebat; Effundam ſuper uos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & dabo uobis ſpiritum nouum; Ideo de eodem doctor affirmabat Chriſtus dicens; Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt intrnire in regnnm Dei; Quemadmodum & Paulus monebat cũ diceret; Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut ſanctificaret eam, mundans illam lauacro aquæ, in urrbo uitæ.

*Ezec. 36.*
*Ioan. 3.*
*Ephe. 5.*

Coniuro uos iterum per Sacramentũ Confirmationis, quo Spiritus ſanctus baptizatis, ad robur firmitatis, & gratiæ augmentum, ut intrepidè nomen Dei cõfiteatur, infunditur; cuius cum diſcipulis ſuis loqueretur dominus dicebat; Paracletus autem Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia, quæcumque dixero uobis; Ideo eodem edocti A-

*Confirmationis diffinitio, & teſtimonia.*
*Ioan. 4.*

cti Apostoli, qui erant Hierosolimis, cũ audissent quod Samaria receperat uerbum Dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannem, qui cum uenissent orauerunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum; & imponentes manus super illos eundem accipiebant. *Act. 2.*

Coniuro uos iterum atque iterum, per Sacramentum Pænitentiæ, quo cum odio peccati & amore Dei, præterita mala deflemus & deflenda iterum non committimus; cuius dominus ait; Pænitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum; Sed & gaudet regnum cęlorum, eodem attestante gaudium esse in cęlo coram Angelis Dei, super uno peccatore pænitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indiget pænitentia.

*Pænitentiæ diffinitio, & testimonia. Aug. ser. 7. de uerb. Ap. Gre. super Esa. Ma. 4. Luc. 16.*

Constringo uos iterum per Sacramentum Eucharistiæ, uisibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri carne & sanguine constans, quæ post consecrationem ueraciter sub speciebus panis & uini continentur; tanti autem Sacramenti præconia promouens Dauid cecinit; Memoriam fecit mirabilium suorum misericos & miserator dominus, escam dedit

*Eucharistiæ diffinitio, & testimonia. Aug.*

*Psal. 110.*

timen-

timentibus se; Institutionem uerò actu celebrans dominus Iesus, cum accepisset panem, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens; Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum; Et accipiens calicem gratias egit, deditque illis dicens; Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus. Hoc insuper declarans Apostolus dicebat; Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne comunicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est?

*Mat. 26.*

*1. Cor. 11.*

Constringo uos iterum per sacramentum Ordinis, quo Episcopi per manuũ, impositionem, & alias ceremonias, ad executionem publici muneris, in ecclesia gerendi, specialis gratia & potestas, ritè ordinato confertur; Et cuius extat celebris in sacris eloquiis memoria, cum dominus discipulis suis dicat; Accipite spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt; Et post ultimam cenam, de Eucharistia peracto misterio, ait Hoc facite in meam comemorationem, Declarat & hęc Paulus dicens; Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians, & dedit nobis misterium reconciliationis, pro

*Ordinis sacri diffinitio & testimonia.*

*Ioan. 20.*

*2. Cor. 7.*

Christo

Christo ergo legationẽ fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.

Constringo uos iterum atque iterum per sacramentum Matrimonii, maris & fæminæ ad indiuiduam uitæ consuetudinem inter se mutuò retinendam, legitimus consensus; cuius dominus ait; Qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos, & dixit; propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: Itaque iam non sunt duo sed una caro: Quod ergo Deus coniunxit homo non separet, Memoriam quoque Paulus facit dicens; His qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego sed dominus, uxorem a uiro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari.

*Matrimonii diffinitio, & testimonia.*

*Mat. 19.*

*1. Cor. 7.*

Impero uobis iterum per sacramentũ Vnctionis extremæ hominis infirmi iam morituri, pænitentiam agentis de peccatis suis, factæ a Sacerdote, in certis corporis membris, cum oleo ab Episcopo consecrato, efficaciter conferens remissionem uenialium peccatorum, ad mentis eleuationem, atque corporis sanitatem; de quo Iacobus discipulus domini loquitur

*Vnctionis extremæ diffinitio, & testimonia.*

*Iac. 5.*

dicens;

dicẽs;infirmatur q̃s in uobis inducat pres byteros Ecclesiæ,ut orent super eum, un gentes eum oleo sancto in nomine domi ni: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei.Hoc autem de quo Iacobus loquitur, usi sunt cum eo ceteri

*Mar. 6.*

Apostoli,nam exeuntes predicabant ut agerent pænitentiam, & dęmonia multa eiiciebant,& ungebant oleo multos egrotos, & sanabantur.

*Comunia siue generalia omnium Sacramentorũ.*

Impero iterum uobis per omnia simul sanctorum Sacramentorum comunia & generalia, ut hinc precipiti festinatione ruere efficaciter debeatis; Per eorum conuenientem institutionem; per eorum, in aliquo, conuenientem conformitatem; per eorum differentiam, & quidditatem; per eorum causam principalem, & meritoriam; per eorum efficaciam,& potestatem excellentiæ,ad ipsorum esse, requisitionem; per eorum inchoationem a Christo, & causam materialem; per eorum causam formalem,& finalem; per eorum diuersitatem, & figurationem, atque per eorum singulorum actualem principiationem, & effectum principalem omnibusque comu-

nem. Quid igitur? Miſeri iniquisſimi fugam tardatis? Quid? Quid iniqui miſerrimi recogitatis?

Impero uobis tandem iterum atque iterum vt omnem proteruiendi etiam præſumptionem, ſiue maleficii pretenſionem, deponatis, per omnia ſimul cuiuſcumque ſacramenti propria & ſpecialia, & ſacramenta ipſa; per ablutionem originalis & actualium criminum, per conſeruationem firmitatis in bono; per refectionem incorporationis in corpus Chriſti miſticum, per actualium peccatorum poſt Baptiſmum, remisſionem, per debiti officii, in vitam æternam, executionem; per prolis ſuſceptionem, & fornicationis euitationem; perq; venialium peccatorum purgationem. Sed & per Sacramentalem Characterem, & Ornatum; per uitiorum extirpationem, & virtutum inductionem; perq; tandem omnium Sacramentorum eſſe, & de ipſis certitudinẽ euidentię in ſcripturis. Hinc itaque ſine mora diſcedite. Quid moramini? Deum contemnitis, cuius uices in hoc, quamuis indignisſime, gero? Sit ueſtri expulſiuum debita ueſtrę ſuperbiæ pęna; ſint uobis in nouum infernum Sacramenta ab hac Dei

*Propria ſiue ſpecialia cuiuſcũque Sacramenti noue legis.*

Discedite hinc

127

crea-

creatura ſuſcepta; ſit uobis viuorum atque mortuorum fidelium remisſio omnium delictorum, inflictio omnium genalium tormentorum, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

## EXORCIZATIO OCTAVA,

Quæ eſt ex precipuis S. Eccleſię Dogmatibus.

*¶ Stet Exorciſta ante Altare, & Pſalmum dicat ſequentem.*

Pſal. 5.

VErba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intende uoci orationis meę, rex meus & Deus meus. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies uocem meam. Mane aſtabo tibi & uidebo, quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui locuntur mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus, ego autem in multitudine miſericordiæ tuae. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in

timore tuo. Domine deduc me in iusti tia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo uiam meam. Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est, Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolose agebant, iudi ca illos Deus. Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritauerunt te domine: Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto. Domine ut scuto, bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. &c.

¶ *Facie coram persona obsessæ conuersa dicat Exorcista Lectionem sequentem.*

Lectio libri. Iob.

FActum est, cum quadam die uenisset filii Dei, & starent coram domino, uenisset quoque Sathan inter eos, & staret in conspectu eius, ut diceret Dominus ad Sathan: Tnde uenis? Qui respon *Cap. 2.*

P dens

dens ait: Circuiui terram & perambulaui eam. Et dixit dominus ad Sathan: Numquid consideraſti ſeruum meũ Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra? Vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem comouiſti me aduerſus eum, ut affligerem eum fruſtra. Cui reſpondens Sathan ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius¶, & carnem et tunc uidebis quod in faciem benedicat tibi, Dixit ergo dominus ad Sathan: Ecce in manu tua eſt, ueruntamen animam illius ſerua. Egreſſus igitur Sathan a facie domini, percusſit Iob ulcere pesſimo, a planta pedis uſque ad uerticem eius. Qui teſta ſaniem radebat, ſedens insterquilinio, Dixit autem illi uxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam: Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? in omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis.

¶ *Manu poſita ſuper uertice capitis perſonæ*

*personæ obsessæ, dicat sequentia sancti Euangelii secundum Matteum.*

Lectio Sancti Euangelii Secundum Matteum.

CVM uenisset Iesus ad turbam, accessit ad eum homo genibus pro uolutus ante eum, dicens; Domine, miserere filio meo, quia Lunaticus est, & male patitur. Nam sepe cadit in ignem, & crebro in aquam, & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus dixit. O generatio incredula E peruersa. Quousque ero uobiscum? Vsque quo patiar uos? Afferte huc illum adme, Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo Dæmonium, et curatus est puer ex illa hora. *Cap. 17.*

¶ *Flectens genua immediatè, cum omnibus astantibus dicat Exorcista Litanias sequeutes.*

LITANIE.

KYrie eleison. R. Christe eleison. Kyrie eleison. R. Christe eleison. Kyrie eleison. R. Christe eleison.

Sancta Trinitas unus Deus R. Mise. nob.
Deus deorum. R. Miserere nobis.
Sancte Sanctorum R. Mis. nob.

*Notabilia multa de Deo. Ioh. 7.*

Decor inestimabilis R. Expelle illos.
Valor impreciabilis. R. Exp. ill.
Flos preciosissime. R. Exp. ill.
Fructus suauissime. R. Exp. il.
Fundamentum ad sustinendum. R. Exp. ill.
Firmamētū ad defendendum. R. Exp. ill.
Deductor preceptorum. R. Exp. ill.
Inductor premiorum. R. Exp. ill.
Libertas dignitatis. R. Exp. ill.
Puritas Sanctitatis. R. Exp. ill.
Remissor culpæ. R. Exp. ill.
Ablator penæ. R. Exp. ill.
Reformans gratia. R. Exp. ill.
Quietans gloria. R. Exp. ill.
Nobilis commendator R. Exp. ill.
Excellens coronator. R. Exp. ill.
Peregrinorum ductor. R. Exp. ill.
Deuiorum reductor. R. Exp. ill.
Nobilitate inestimabilis. R. Exp. ill.
Aeternitate interminabilis R. Exp. ill.
Radiosa ueritas. R. Exp. ill.
Fructuosa bonitas. R. Exp. ill.
Mensura spaciosa. R. Exp. ill.
Forma speciosa. R. Exp. ill.
Gloria sine ignominia. R. Exp. ill.

Gau-

Gaudium siue tristitia: R.Exp.ill.
Spiritalis .& inuisibilis. R.Exp.ill.
Immortalis,& impassibilis. R.Exp.ill.
Calor tepidorum. R.Exp.ill.
Feruor calidorum. R.Exp.ill.
Recreatio quietorum. R.Exp.ill.
Decoratio formosorum. R.Exp.ill.
Acquisitor prouide. R.Exp.ill.
Conseruator sapiens. R.Exp.ill.
Virtus cuncta superans. R.Exp.ill.
Clauis cælum referans. R.Exp.ill.
Condemnator citra dignum. R.Exp.ill.
Premiator ultra condignum. R.Exp.ill.
Scala deuotionis. R.Exp.ill.
Schola perfectionis. R.Exp.ill.
Speciesus in decore. R.Exp.ill.
Preciosus in ualore. R.Exp.ill.
Curans a culpa perpetrata. R.Exp.ill.
Custodiens a pæna præparata. R.Exp.ill.
Radix portans lignum. R.Exp.ill.
Fornax probans aurum. R.Exp.ill.
Prudens gubernator. R.Exp.ill.
Strenue bellator R.exp.ill.
Informator hominum. R.exp.ill.
Impugnator Dæmonum. R.exp.ill.

¶ *Surgens Exorcista, faciem suam ad altare conuertat, & modo sequenti*

*Deum exoret.*

℣.Domine exaudi orationem meam;
R.Et clamor meus ad te ueniat.
V. Iniusti punientur.
℟.Et ſemen impiorum peribit.

## ORATIO.

*Amoris & timoris cõparatio.*

AMande nimis, ac timende ualde, omnipotens æterne Deus, qui humanam ſtructuram tuam in finem ſuum ultimum tendere, ex abundantia pietatis tuæ, ſuauiter diſponendo compellis, amoris. s. & timoris ſtimulis; etenim timore terres, amore uerò allicis; timore amaricas, amore demulcis; timore imaginem pœnæ detegis, amore, finem premii proponis; timore a crimine diſsoluis, amore ad iuſtitiam ducis; timore deuium reducis, amore reuerſum inducis; timore receſſum prohibes, amore acceſsum confirmas; timore prouidum facis, amore cautum redis, atque timore humilias, & amore lætificas; ſuppliciter imploramus clementiam maieſtatis tuæ, ut hanc facturam tuam iam diu timore concuſſam, ſubq; Diabolico inſeſſu, nimio tremore humiliatam, amore letificare digne-

digneris, effectibus amoris tui, de super na arce cælorum fluentibus, ut ipsis, sicut rore matutino, imbreq; temporaneo respersa, non presumat sterilitatis piarum mentium autor Diabolus, in ipsam amplius, cum satelitibus suis morari: Mitiga itaque omnem iram tuam, & auerte ab ira indignationis tuæ; Sis misericors, & propitius peccatis huius fragilis ouis pascuæ tuæ, & abunda ut auertas iram tuam; non accendas omnem indignationem tuam, ut non auertatur humilis factus confusus: Leua autem manum tuam in superbias horum spirituum tenebrarum in finem, nam gloriati sunt qui oderunt te, Exurge domine Deus iudica causam tuam, quoniam tenuit eos superbia eorum, operti sunt iniquitate, & impietate sua; prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis; Cogitauerunt & locuti sunt iniquitatem, in excelso locuti sunt; Sed numquid non posuerunt etiam in cælum os suum; Transeat ergo domine lingua eorum in terra, in cuius uisceribus, pietate tua, nunc hinc discedentes descendat. Replebitur enim propterea os nostrum laude, ut cantemus gloriam tuam, tota die

magnitudinem tuam; Sed & lingue nostre meditabuntur iustitiam tuam, cum confusi & reueriti fuerint qui querunt mala nobis, sicq; confitebimur tibi Deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuū, dicentes; Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus, & benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Fiat, fiat. Amen.

¶ *Sedens Exorcista sequentia compleat.*

## EXORCISMVS.

EXORCIZO uos immundos spiritus, qui in corpore huius facturæ Dei, temeraria uestra præsumptione inseditis, cuiuscumque ordinis & prȩlaturæ existatis, ego minister Dei, & seruus domini nostri Iesu Christi, per indiuiduam unitatem & summam Trinitatem, in qua qui filius est inefabiliter genitus, sexta mundi ȩtate mundum uolens suo piissimo aduentu consecrare, ex uirgine factus est homo, ut homines redimeret, quos unitate fidei

dei in vnam Sanctam Ecclesiam, eius corpus misticum, cuius caput est, vinculo charitatis iunxisset; quatenus adhuc in hoc plasmate Dei commorandi uobis nequaquam fas sit; Et si forsitan maleficio gloriamini, illud dissoluere, dissolutumque, materiales partes in destructionem totius, sine lesione huius creaturæ Dei, emittere teneamini: Imo ego authoritate qua fungor, presenti signo sanctæ crucis † sicut vos fugere statuo, sic omne maleficium dissolutum esse decerno, dissipatum, destructum.

Perfusi sitis confusione per statum vnius catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, que conuocatio est omnium fidelium viuentium, in vna fide & cultu uisibili ueri Dei, ex instituto diuino, propter vitam ęternam vnitorum; extra quam nō est salus, sed ęterna summersio, quemadmodum tempore Noæ in diluuio extra Arcam existentibus interitus fuit; & in qua bonum semen cum Zizania, serui fideles & negligentes, virgines fatue & prudentes, pisces boni & mali, ac etiam debiles, ceci, & claudi, implentes nuptias discumbentium, perseuerant.

*Ecclesia qd, et qualis sit.*

Exaltetur dextera deprimentium uos

per ini-

*Initium sumpsit Ecclesia ab Adā & Abel.*

per initium Ecclesiæ, quę in statu innocentiæ, sexta operis creationis die, a formatione Adā, per fidem eius, & gratiam sibi collatam, atque actuale sacrificium cordis interius, cum proposito sacrificii operis debito tempore ex tunc, si necesse fuisset exterius, celebrando, ab eodem radicaliter inchoauit; & post constitutionem Euæ congregari cepit; atque post lapsum, in Abel iusto gratia, fide,& cum iuteriori sacrificio & exteriori initium obtinuit euidentiæ; multiplicarique cepit successiuè, vsque ad tempora nostra, sicut stellas cęli & sicut arenam quæ est in littore maris; Ita vt diceret sanctus Propheta; Confitebor tibi in ecclesia magna, & in populo graui laudabo te.

*Psal. 21.*

*Vna dicitur Ecclesia propter tria.*

Destruat vos Deus in finem per Ecclesiæ vnitatem; una est enim in primis vnitate fidei, quę eadem fuit in omni statu naturæ institutæ, destitutę, & restitutæ, etsi ceremoniis variis diuersimodè fuerit protestata; obscurius tamen prius, successiuè autem semper patentius, dicente Apostolo; Vnus dominus,una fides,unum baptisma;Vnitate spei deinde, eodem affirmante cum dicat; Vocati estis in vna spe uocationis uestræ: Atque postremo

vnitate

vnitate capitis Petri, ac successorum eius *Iohe. 1.*
in ea uisibiliter presidentis, iuxta uaticinium Iohelis dicentis; congregabuntur filii Iudæ,& filii Israel pariter , & ponent sibi caput unum ; a domino nostro Petro declarato cum diceret ; Tu uocaberis Cefas .

Letificentur omnes inimici uestri in *Sancta est*
malis uestris per Ecclesiæ sanctitatem, *Ecclesia.*
non imparticipatam, cum solius Dei sit, qui natura & essentia sanctus est; nam dicitur ; Quis sanctus ut dominus ? Sed *1. Reg. 2.*
participatam , cum fideles in gratia existentes sancti dicantur; Propheta de seipso dicente ; custodi animam meam quoniam sanctus sum;& non quidem partici patam ab omni culpa & pęna purgantem, cum hæc triumphanti ecclesie conueniat, sed ab originali & actuali tantum macula emundantem ; secundum quam aliquando Romanis ab Apostolo dictum est; *Rom. 2.*
omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei uocatis sanctis.

Diripiant vos omnes transeuntes viam per Ecclesiæ uniuersalitem, quæ talis est *Vniuersalis*
fide , cum fides vniuersalis sit ueritate *est Ecclesia,*
omnium creditorum , permanentia om- *siue Catho-*
nium temporum, debita obligatione cre- *lica.*
dendi

dendi ſecundum ipſam omnium nationũ, & annunciatione facta & perficienda per omnes orbis partes; Sed & talis eſt omnium ſpiritualium ægritudinum curatiuo ſacramentali remedio ; conſiſtentia omnium Eccleſiarum per multas prouincias diffuſarum; atque vniuerſali præſidentia vnius Eccleſiæ Romanæ, Romanique Pontificis maximi , ut ſit unum ouile & & vnus paſtor , in quo omnes oues vniantur, & indiſtincte uni ſint commiſſæ Paſtori .

*Ioan. 10.*

Auerſi ſitis erubeſcentes per Eccleſiæ Apoſtolicitatem , a Sanctis Apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti deductam , qui duodecim fundamenta ſecundaria ſunt , cum pro fundamento primo aliud poni non poſſit preter id quod poſitum eſt , quod eſt Chriſtus Ieſus: ſecundum cuius veritatis confirmationem, viderat Ioannes murum eccleſiaſticæ ciuitatis , habentem fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum, & Agni; Ideo poſt aſcenſionem domini primi fuerunt qui uerbo & exemplo & miraculis mundum illuſtrarunt; ipſi nanque profeti predicauerunt ubique domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis;

*Apoſtolica eſt Eccleſia.*

gnis; Vnde & per ipsorum traditionem sacræ ecclesiasticæ obseruationes ad hunc usque diem sunt deriuate.

Derideat uos dominus & ad nihilum deducat per Ecclesiæ indeuiabilitatem a uero, & ab his quæ boni moris sunt; fieri enim non potest vt sponsa, quam Christus dilexit, & semetipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata; quamq; Paracletus cum ipsa manens in ęternum, omnium ueritatum author repleuit, a veritate fidei, inculpabilitateque dispositionis morum discedere, permittatur; Ideo Dominus Apostolo dixit; Ego pro te rogauit Petre ut non deficiat fides tua.

*Errare non potest Ecclesia.*

*Luc. 22.*

Arguat uos dominus & statuat contra faciem uestram per Ecclesiæ authoritatē, quę tanta est vt omni alia maior censeatur; tempore enim etiam sacrę præcedit authoritatem scripturæ, cum primi temporis statu, non existente scriptura, in Adam, Eua, & Abel, diuersimodè ecclesia fuerit; post Christum etiam sancti euangelici precones euangelium per uniuer-

*Authoritas Ecclesiæ qualis sit.*

sum

ſum mundum nunciare ceperunt, nulla existente de Christo incarnato ſcriptura; cum nec ipſis dixiſſet dominus; Ite ſcribite; Sed; predicate Euagelium omni creature: Dignitate quoque antecellit, quoniã non ſcriptura Eccleſiam, etſi per ſcripturam comprobetur Eccleſia, ſed Eccleſia ſcripturam approbauit.

*Claues eccleſiæ quot, & quales ſint.*

Humiliet uos qui eſt ante ſecula per clauem Eccleſiæ, poteſtatis ligandi atque ſoluendi, qua Eccleſiaſticus iudex, dum remittit, impedimentum ingreſſus cęli remouendo, aperit, & retinendo claudit: Hæc autem uel eſt iuriſditionis, & propterea hanc, ipſam obtinens, dominium exercere poteſt in alio, quo ad ſibi debitos actus; vel eſt ordinis, & propter hanc, ex ui characteris, aut ligare poteſt, aut ſoluere; Et ſi ordinis eſt, vel eſt ſcientiæ, & propter hanc lepram diſcernit a ſpiritali lepra; uel eſt poteſtatis & propter hanc, ſententiam abſolutionis profert, aut ligationis. Has promiſit dominus Petro cum diceret; Tibi dabo claues regni cælorum.

*Matt. 16.*

*Theſaurus Eccleſiæ unde ſit.*

Feratis confeſtim confuſionem ueſtrã per Eccleſiæ Theſaurum, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei, de cuius

deſſum-

dessumptione aut minuitione non est aliquatenus formidandum, tum propter Iesu Christi infinitum, ideoq; superexcedens meritum, passione suæ humanitatis acquisitum, ratione diuinæ cum humana natura, in unitate personę diuinæ identificationis; tum quoque propter superabundantes Mariæ virginis pænalitates, quas etsi innocens concepta, nataq; fuerit, & semper uixerit, substinuit nihi ominus; tum etim propter constantissimam tolerantiam multorum pro Christi nomine, a Sanctis Martiribus, tormentorum; tum tandem propter aliorum omnium seruorumDei operum supererogantiam; in quorum numero satisfactoria Iob computantur, dicentis; Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. *Iob. 7.*

*Indulgentia quid sit, & eius memoria in scripturis.*

Quemadmodum olera herbarum cito decidatis per suffragium indulgentiæ Ecclesiæ, quæ est distributiua applicatio pænalitatum superrerogationis domini nostri Iesu Christi, Sanctorumq; omnium, pro debitæ pænę præteritorum peccatorum remissione, ab eo cum iuditio discretionis facta, qui vniuersali ecclesiæ pręest;

Huius

Huius uaticinatus est, dum in persona Mesſiæ loqueretur, Esaias propheta dicens; Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiã: quod in Synagoga Nazaret doctor dominus noſter declarans dicebat, ſe ab arce Patris ad euangelizandum pauperibus, ſanandum contritos, & prædicandum captiuis remiſsionem, miſſum eſſe.

*Esa. 61.*

Diſsipet conſilia ueſtra Deus per Indulgentiarum Eccleſiæ uirtutem, quę quo ad forum Eccleſiæ interiorem, & iudicii Dei, & ad vtrumque ſimul, ualent maxime; Abſoluunt enim à penitentiis in foro conſcientiæ iniunctis viuos; & a pęnis poſt Contritionem, Confesſionem, & Abſolutionem resſiduis, etiam a iudice pæniten tiario non iniunctis, eoſdem; atque a purgatiuis mortuos in gratia decedentes, cũ applicantur ipſis per modum ſuffragii, nõ de congruo meritorii, non oblationibus & orationibus impetratiui, ſed ſatisfactorii, dum Eccleſia pro eis rogando diuine iuſtitię preſentat, ad ipſorum a pęnis liberationem, ſupererogatiua pænalia domini uoſtri Ieſu Chriſti, ſanctorumq; omnium,

*Indulgentiarum ualor quantus & qualis ſit.*

omnium, sicq; ordinatè non satisfactionem pro pæna, sed obligationem ad pænam remittit,

Facti sitis tanquam uas perditum per Ecclesiæ permanentiam, propter quam cum mundo trahet suæ perennitatis perpetuitatem, quoniam Deus fundauit eam in æternum; vnde & eius sacerdotium æternum esse dicitur, secundum ordinem Melchisedech; ideo Gabriel Angelus cum de sede regni Ecclesiastici cum Maria loqueretur dixit filio suo domino nostro Iesu Christo daturum fore dominum Deum, sedem Dauid patris eius, & regnaturum in domo Iacob in æternum: Propterea saluator dicebat; ero uobiscum vsque ad consumationem seculi, ut ecclesiam confirmem gratia, ut Eucharistia nutriam, utq; tandem ab hoste protegam, ne porte inferi aduersus eam præualeant.

*Duratura est Ecclesia usq; in seculi finem.*
*Psal.* 147.
*Psal.* 110.
*Luc.* 1.
*Matt. ult.*
*Matt.* 18.

Dominentur vestri qui oderunt uos per primatum Petri, ac successorum eis in Ecclesia, a domino nostro Iesu Christo prius eidem, secundum plenitudinem potestatis promissum, dicente; Tu es Petrus & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues

*Primatum in Ecclesia est Petri, ac successorum eius.*

Q regni

regni cælorum; Datum uerò deinde cum etiam in trina interogatione dixiſſet; Simon Ioannis diligis me? Plus his? Paſce agnos meos; Paſce oues meas; unde facilè deprehendatur illos de ouile Chriſti non eſſe, quos proteruiendi ſuperbia, ſub ipſo paſtore ſummo non facit ſubeſſe.

*Humane leges obligant ad ipſorum obſeruantiã.*

Deficiant ſicut fumus momenta huius inhabitationis ueſtræ, & ſicut umbra declinent per debitam humanarum legum in Eccleſia Dei obſeruantiam, cuius contemptores criminis labem incurrunt; humana nanque lex a naturali profluit, naturalis autem a diuina habet deriuationem; Sicq; Deo authore Reges regnant, & principes imperant, & legum conditores iuſta decernunt; Omnis itaque anima poteſtatibus ſublimioribus, in obſeruantia legum, ſubdita eſſe debet, non eſt enim poteſtas niſi a Deo; Quæ autem a Deo ſunt ordinata ſunt; Itaque qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt ſibi damnationem acquirunt.

*Prou. 8.*

*Canonicetraditiones &*

Tribulent uos inimici ueſtri per pias omnes canonicales traditiones, quę rectè regendo ducunt, dum formam, rectè

uiuendi

niuendi prebent, & prauum corrigunt: ordinantur enim ad bonum spirituale, & ad tranquillum uiuendi modum Ecclesiasticum, hac nanque pia intentione Apostoli ducti, traditiones tales obseruandas fidelibus reliquerunt; Vnde Thessalonicenses monebat Apostolus, traditiones quas didicerant siue per Epistolam, siue per sermonem tenere; Et cum Syriam perambularet confirmans Ecclesiam,& pertransiret ciuitates, custodire precepta, & dogmata Apostolorum,& Seniorum instãtissime precipiendo tradebat.

*leges sunt obseruande.*

*2. Tess. 2.*

Percussi sitis ut fenum arescens, per authoritatem sacrę scripturæ, cui tali in omnibus semper fides est adhibenda, ut nulla formido nunquam terreat in oppositum. Quid enim certius ea? Spiritu enim sancto afflante locuti sunt sancti Dei homines; Spiritus sanctus autem cum sit per essentiam veritas, falsa nequaquam est possibile promere; Ideo dominns Iesus Christus cum euangelium suum miraculis comprobasset,& quod pseudo Prophete, in oculis hominum signa fuissent & prodigia daturi animaduertisset, ità ut etiam electi, si fieri posset, in errorem ducerentur, ad scripturæ se firmitatem

*Sacra scriptura est maximæ authoritatis.*

conuertit, dum diceret; Scrutamini ſcripturas quia ipſe ſunt quæ de me teſtimonium peribent.

*Quid Fides, qualeq́; eius obiectum, et necesſitas ſint. Heb. ij.*

Mittat in uobis omnipotens iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, & immiſsiones per alios angelos malos per fidem Ecclesiæ, quæ fundamentum eſt, & ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium; cuius ſedes eſt intellectus, cum aſſenſus abſque formidine, qualis eſt fidei, intellectus sit; cuius obiectum eſt prima diuina ueritas reuelans, siue res ipſa diuina reuelata, in uia ſenſu imperceptibilis, etsi fides sit ex auditu, auditus autem per uerbum Chriſti; cuiuſq́; tanta neceſsitas eſt ad ſalutem, ut Apoſtolus aliquem Deo sine ipſa placere, eſſe impoſsibile diceret.

*Articuli fidei quot, & quales ſint.*

Fiant uie ueſtre tenebre & lubricum, & angelus domini perſequatur uos, per duodecim articulos fidei Ecclesiæ, quorum ſex ad diuinitatem, & totidem ad Chriſti humanitatem pertinent; Ideo in primis Deum unum, trinum, creatorem, iuſtificatorem, reſuſcitatorem, & glorificatorem, uerisſimè confitemnr; quemadmodum deinde incarnationem Chriſti,

mortem, descensum ad inferos, resurrectionem, ascensionem, & aduentum ad iudicium, corde credenti & ore patenti constantissimè profitemur; Hos autem omnes quo ad utrumque, mirabiliter complexus est Saluator dicens; Hæc est uita æterna ut cognoscant te, solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. *Ioan. 17.*

Facti sitis tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini coarctet uos, per fidei Ecclesię protestationem, quę precipuè Sanctorum canonizatione fit, summo tantum Pontifici spectante; nam sicut solius Dei est, & domini nostri Iesu Christi sanctificare, ità solius Christi Vicarii esse debet in terris, hominum Sanctitatem, ritus & solemnitates debitas obseruando, declarare; Sicq; ipsorum Sanctitatem simul & approbare, & populo Christiano venerandam proponete, atque illorum beneficio fidem totius Ecclesiæ confirmare, ut in hunc modum ualeat dictū Saluatoris adimplere dicentis; Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

*Canonizatio Sanctorum ad summum Pontificem pertinens quare fiat.*

*Luc. 22.*

Retribuat uobis dominus abundanter facientibus superbiam per Iustificationē,

*Iustificatio est triplex.*

qua rationalis creatura diuersimodè iusti ficari potest; uel enim per simplicem emanationem gratiæ Dei absque præuia uoluntatis dispositione iustificandorum; ut Angeli omnes, aliquiq; homines, per doni gratuiti præuentum; uel per collationem gratiæ, cum applicatione Sacramenti Baptismi, & sine concursu liberi arbitrii Santificandorum, ut paruuli hominum ante vsum rationis; vel per remissionem culpę & infusionem gratię, ex parte Dei, atque per debitam mentis præparationem, ex parte reconciliandorum, ut communiter accidit in adultis hominibus; Cor enim disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus eius.

*Prou. 16.*

*Gratia specialis duplex est.*

Visitentur in uirga iniquitates uestre, & in uerberibus peccata uestra, per gratiam specialem, qua Deus mouet hominem ad iustificationem, vel cum ad considerandam peccati enormitatem, ipsiq; debitæ penæ acerbitatem, ante tamen gratiæ gratumfacientis infusionem, successiuè & suauiter disponendo inducit, quando remordente Sinderesi, lumine fidei, libertate arbitrii, anhelante conatu, homo, etsi imperfectè, in bonum tendere ualet; Vel cum illicò, & subito, sine dispositio-

ſpoſitione , ſupra modum naturalem, homini ſtatim dat gratiam, & ipſum ad bonum perfectum adducit; ut in omnibus appareat nos non eſſe ſufficientes cogitare aliquid perfectè ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientiam noſtram ex Deo prodire.

Comprehenſi ſitis in ſuperbia ueſtra per omnes cauſas ad impii iuſtificationem concurrentes; Per diſpoſitiuam, Fidem, Spem, Charitatem, & Pænitentiam, quibus ad bonum, initium, profectum, & perfectum acquirimus; per principalem Deum optimum maximum, ipſe eſt enim qui iuſtificat impium; per meritoriam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, nam ipſe nobis & gratiam meruit, & gloriam aperuit; per miniſterialem excellenter, humanitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ unita diuinitati, ſpiritualia nobis dona ſufficienter contulit; per miniſterialem ſimplicem, Sacerdotem domini, qui authoritatem habet abſoluendi, & ſacra medicamina applicandi; per inſtrumentalem, Sancta Sacramenta, quæ gratiam ſignificant, & continent, & conferunt; per formalem, gratiam gratumfacientem, qua auerſi a malo, conuertimur

*Cauſe Iuſtificationis quæ et quot ſint.*

ad bonum; atque per finalem, uitam æternam, quam possidere, & ipsa frui semper speramus.

Gratiæ Dei multiplicis, sunt effect⁹ multi.

Collidatur in terra sedes uestra, per gratiam, qua Deus hominem diuersimodè diligit; generaliter, & specialiter; gratis dando sermonem sapientiæ, ut profundè per supremas causas ad diuina pertinentia manifestentur: sermonē scientię, ut quę Dei sunt per creata, propalentur; sermonem fidei, vt de credendis suadeatur; gratiam sanitatum, ut propter beneficium facilius credatur; operationem virtutum, ut aliquod magnum exterius operetur; prophetiam, ut diuinè cognita aliis reuelentur; discretionem spirituum, ut facto discerniculo, ueritas demonstretur; genera linguarum, ut diuersis gentibus ueritas commendetur; interpretationes sermonum, ut dificilia scripturę enodentur; Atque ministrationum, ut Ecclesiastica Hierarchia gubernetur; Sed & tandem gratumfaciendo; in via inchoando, & in Patria consumando.

Voluntas humana semper est libera.

Sit uobis dominus magnus, & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt per libertatem uoluntatis humanæ; propter quam, in patria libera est circa summum bo-

mum bonum, libertate complacentiæ; ſicut in uia, circa aliquod obiectum, dum uult hoc uel illud, uel eius oppoſitum, contrarietatis; aut reſpectu ſui actus, dū uel uelle poteſt, uel non uelle, contradictionis; atque quo ad ordinem, boni exiſtentis, uel apparentis, arbitrationis, Sed & libera omnino eſt quo ad exercitium, dum actum ſuum ſuſpendit, ſiue non ſuſpendit; ante Adæ peccatum & poſt eiuſdem lapſum; domino Cain iam uoluntario fratricidæ dicente; Subter te erit apperitus tuus & tu dominaberis illius. *Gen. 4.*

Effundat Deus ſuper uos iram ſuam, & furor iræ ſuæ comprehendat uos per bona omnium chriſtianorum opera in charitate facta, quæ cum Deum placent, maximè ſunt ad ſalutem neceſſaria; tum quia fidem uiuificant, quæ ſine operibus eſt mortua; tum propter bonum exemplum, ipſorum exercitio, proximis demonſtratum, ut patrem glorificent qui in cælis eſt; tum etiam propter æternam retributionem, quæ à Deo expectatur, qui reddit unicuique ſecundum opera eius; iis quidem qui ſecundum pacientiam boni operis gloriam, & honorem, *Rom. 2.*

*Opera bona ualent ad diuerſa.*

&

& incorruptionem, querunt uitam ætername.

Dispergat uos in uirtute sua, & deponat uos susceptor noster dominus, per decentem omnium sanctorum ab hominibus inuocationem, ut ipsi domestici Dei, suis interuenientibus meritis, diuinam clementiam pro nobis in necessitatibus dignanter implorent, sicut & ante uitę functionem, cum Abraam pro sanitate Abimelec; & post mortem, cum Hieremia pro populo Israel, & uniuersa sancta ciuitate facere consueuerunt; ipsos .n. sic inuocare, cum Moise, domino dicente; Recordare Abraam, Isaac, & Iacob, fas est; ut laudemus dominum in sanctis eius, quem scimus sanctos suos, sibi ministrantes, honorificare.

*Intercessio Sanctorum est poscēda.*

*Exod. 32.*
*Psal. 148.*

Ad nihilum deueniatis tanquam aqua decurrens per laudabilem sanctorum adorationem Duliæ, qua communiter Sancti honorantur in recognitionem alicuius ipsorum dignitatis; siue Hyperduliæ, qua sanctos, excellentia ultra communē statum supereminentes uenerantur, non actu interiori tantum, sed & exteriori, cum Abigail quæ adorauit Dauid, prociditque coram eo, & cecidit ad pedes eius

*Adorandi sunt Sācti.*

ius; cumq; Natam propheta, eundem pronus in terra, reuerentem; dum regi seculorum immortali & inuisibili, soli Deo honor, & gloria, Latriæ cultus seruatur.

Descendatis tandem in infernum uiuentes, per uenerandarum imaginum in Ecclesiam Dei debitam adorationem qua eas representantes tali, ad prototypum reuerentia pergentes, honoramus, quali representatum; sicut enim ad imaginem ęnei serpentis, ex mandato domini formatam & super lignum suspensam, filii Israel reuerẽter aspicer, ne in deserto a uiuis serpentibus percussi perirent, tenebantur, & nihilominus in eius reuerentia non terminabantur, sicut nec ab ipsa sanabantur, sed a significato Christo super lignum crucis eleuando, in signum salutaris remedii per meritum passionis eius, ab hominibus a uobis antiquis serpentibus diuersimodè percussi, acquirendi; ita dum imagines Sanctorum honoramus, simul imaginatos ueneramur, semper, & ubique, Sed nunc, & hic precipuè, ut suis intercessionibus in auxilium nostrum pròperent, & armis assensus Dei roborati, contra uos manu forti, & brachio

*Imagines Sanctorum quomodo sint adorande.*

chio potenti dimicent. Num ipsis omnibus resistere poteritis? Num Deo, quem iam credimus, ipsorum intercessionibus propitium? Nolite, nolite, extollere in altum cornu uestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem, sed humiliamini trementes sub potenti manu Dei, nec uobis etiam remaneat proteruenienди uirtus. Sed uos adhuc contra Deum stare presumitis? Fugite hinc; date locum Deo; omnia maleficialia linquite; nam ego authoritate qua fungor, signum Sanctæ crucis † inter uos & illa interuenire difinitiuè decerno, ut uires uestre omnino tollantur, & maleficia ad nihilum redigantur. Nolite itaque rebelles, nolite cum Antioco uasa Dei contaminare; cum Ioab nolite insidias struere; nolite cum Acab uineam Dei profanare; cum Apolonio nolite spolia templi domini diripere; & nolite cum Holoferne humanum sanguinē sitire; Sed ite ad loca uobis debita, a Deo parata, ubi nemini noceatis, sed ex iusto Dei iudicio, in throno æquitatis suę sedentis, omnia uobis noceant in secula seculorum.

*Psal. 74.*

*Assimilatur Diabolus diuersis.*

EXOR-

## EXORCIXATIO NONA.

Quæ est ex misteriis Sanctissimę Trinitatis & unitatis Dei.

*¶ Stando Exorcista coram altare, Psalmū sequentem dicat.*

Psal. 109.

DIxit dominus domino meo; sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos; Scabellum pedum tuorum; Virgam virtutis tuę æmittet dominus ex Siō; dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuæ, æmittet dominus ex Sion; dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum; ex utero ante Luciferū genni te. Iurauit dominus, & non penitebit eum; tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Dominus a dextris tuis; confregit in die iræ suę reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas; conquassabit capita in terra multorum. De torrente in uia bibit; propterea exaltauit caput. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui &c.

¶ Versus

¶ *Versus personam obsessam se uertens Exorcista, sequentem lectionem di cat*

Lectio actuum Apostolorum.

Act. 8. PHilippus descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbe his quæ a Philippo dicebautur, unanimiter audientes, & uidentes signa quae faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immũdos, clamantes uoce magna exibant.

¶ *Manu posita super uertice capitis personæ obsessæ, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Marcum.

Mar. 7. ABiit Iesus in fines Tyri & Sidonis & ingressus domum neminem uoluit scire, & non potuit latere Mulier n. statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit. Et procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Sirophænissa genere. Et rogabat eum ut Dęmonium eiiceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: Non est enim bonum sumere panem filiorum

rum,& mittere canibus. At illa respondit, & dixitilli: Vtique domine. Nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi. Propter hunc sermonẽ uade, exiit demonium de filia tua. Et cũ abiisset domum, inuenit puellam iacentẽ supra lectum,& Dæmonium exiisse.

*Immediate Exorcista flectens genua, cum omnibus astantibus, dicat Litanias sequentes.*

## LITANIE.

Kyrie eleison. R.Kyrie eleison.
Christe eleison. R. Christe eleis.
Kyrie eleison. R.Kyrie eleison.
Pater de cælis Deus. R.Miserere nobis.

*Personarum diuinarum multa notabilia.*

Fili redemptor mundi Deus. R.Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus. R. Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Miserere nobis.
Pater principium sine principio.R. Confringe illos.
Filii Verbum in principio.R.Confr.illos.

Spiri-

Spiritus ſancte ſimplex principium , R. Coufringe illos.

Sancta Trinitas unus Deus. R. Depone illos.

Pater fons deitatis. R. Confringe illos.

Fili Deus de Deo. R. Confringe illos.

Spiritus ſancte nexus Patris & Filii. R. Confringe illos.

Sancta Trinitas unus Deus. ℟. Depone illos.

Pater ſummæ potentiæ. R. Confringe illos.

Fili æterna ſapientia. R. Confringe illos.

Spiritus ſancte uoluntate manans. R. Confringe illos.

Sancta Trinitat unus Deus R. depone illos.

Pater Lumen luminum. R. Confringe illos.

Fili lumen de lumine. R. Confringe illos

Spiritus ſancte lumen cordium. R. Confringe illos.

Sancta Trinitas unus Deus. ℟. Depone illos.

Pater in abſcondito. ℟. Conf. illos.

Fili quo cæli firmati ſunt. ℟. depone illos.

Spiritus ſancte donum altisſimi. R. Con-
fringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus D.R. depone
illos.
Pater in Filio, & Spiritu Sancto.R.
Confringe illos.
Fili Pater futuri ſeculi R. Confringe.ill.
Spiritus Sancte Patris noſtri. R.Confrin-
ge illos.
Sancta Trinitas unus Deus R. Depone
illos.
Pater Dei & hominis. R. Confrin.ill.
Fili Patri coequalis R.Confringe illos.
Spiritus ſancte quo clamamus Abba.
R.Confringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Depone.
illos.
Pater ſedens ſuper Cherubim. R.con-
fringe illos.
Fili retribuens abundanter.R.Conf.illos.
Spiritus ſancte manſuetos dirigens. R.
Confringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Depone
illos.
Pater ſemper operans.R.Confring. illos
Fili figura ſubſtantiæ Patris.R.confringe
illos.
Spiritus Sancte Nubes Lucida.R.Confrin
R ge illos.

ge illos.
Sancta Trinitas unus Deus. R. depone. illos.
Pater fortis & maxime. R.Confringe illos.
Fili ſplendor paternæ gloriæ. R.Confringe illos.
Spiritus ſancte Fons uiuus.R. Confringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Depone illos.
Pater qui dolorem conſideras.R.Confringe.illos.
Fili cuius lex eſt ueritas. R. Confringe illos.
Spiritus ſancte uiſitator mentium.R.Confringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Depone illos.
Pater Rex ſeculorum R.Conf.illos.
Fili requirens ueritatem.R.Confringe illos.
Spiritus Sancte lingua ignea.R.Confringe illos.
Sancta Trinitas unus Deus R. Depone illos.
Pater ex quo omnis paternitas.R.Confringe illos.

Fili non repellens in finem. R. Confringe illos.

Spiritus ſancte digitus altisſimi. R. confringe illos.

Sancta Trinitas unus deus. R. depone illos.

Pater miſericordiarum. R. Confringe. illos.

Fili laudabilis nimis. R. Confringe illos.

Spiritus ſancte conſolator optime. R. confringe illos.

Sancta Trinitas unus deus. R: depone illos.

Pater principium & finis. R. Confringe illos.

Fili Principium ſine fine. R. Confringe illos.

Spiritus Sancte finis ſine fine. R. Confringe illos.

Sancta Trinitas unus deus. R. dep. illos.

¶ *Surgens Exorciſta, ſtando, facie conuerſa ad altare, modo ſequenti Deũ exoret.*

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te ueniat.

℣. Diſperde illos in uirtute tua.

R. Et depone eos protector meus domine.

## ORATIO.

*Quomodo duæ diuine perſone producantur.*

O Nobiliſsima infinitæ maieſtatis natura diuina, omnium entium una cauſa, & ſummè ſimplex eſſendi; non excludens nihilominus trium perſonarum pluralitatem. Cum ſis enim potentiſſima, ſapientisſima, & optima; potes, ſcis, & uis ab æterno, Patrem alteri ſuę maieſtatis plenitudinem dare, Filium ſibi æqualem generans, qui cum Patre, amoris ſpirant Spiritum, cum eodem Patre, & Filio Factorem, & creatorem uiſibiliũ omniũ & inuiſibilium. Ne hanc quæſo facturam tuam in diabolicam tentationem inducas, ſed ſicut ipſam abſintio amaritudinis hucuſque repleſti, ita deinceps rore miſericordiæ tuæ dignare conſpergere: Et ſicut feciſti mirabilia in terra Cham; percuſſionem in Aegipto, ab homine uſque ad pecus; & terribilia in mari rubro; ita hos a te maledictos dæmones expelle, & terribili confuſione in laqueum interitus precipita, ut demergat illos tempeſtas aquæ, abſorbeatq; profundum, & urgeat ſuper eos puteus os ſuum: paueant nomen

men tuum admirabile, fugiant, & procul recedant; ut nos oues paſcuæ tuæ, cum hac creatura tua a diabolica tiranide liberata, exultemus nomini ſancto tuo, & in pſalmis iubilemus tibi, dicentes, Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, ſed anima noſtra erepta eſt de laqueo uenantium, laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus. per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui propria uirtute, diabolum ſibi ſuperbum rebellem calcauit, & cum eodem Patre, & Spiritu ſancto uiuit & regnat in unitate inneffabilis tuæ maieſtatis eſſentiæ, in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sedeat hic Exorciſta, & ſequentia compleat.*

AVdite Aſpides tartarei, de quibus, dictum eſt: panis illius uertetur in fel Aſpidum. Exorcizo uos iterum atq; iterum, cuiuſcunque ordinis ſiue generis ſitis, Ignei, Aerei, Terrei, Aquei, & ſubterranei, ſiue de maioribus, ſiue de minoribus: quatenus nullam moram facientes,

discedatis malefitia

137.

ab hac creatura dei, quam inuadere teme re presumitis ilico, ruentes discedatis, nec non fraude quacumque deposita, omne maleficiorum genus extinguatis, & penitus disipetis, atque si que sunt materialia maleficia completissime extrahatis, per illud nobilissimum Esse, cuius nihil extra ipsum est: Nec.n. quicquam de eo preteritum, aut uenturum est, Sed simul totum presentialiter manens, soli Deo cõuenit; Dauid diuino numine ducto sic aliquando decantante; Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis a seculo, & usque in seculum tu es Deus.

*Esse Dei qualis sit.*

*Psal. 68.*

Exorcizo uos per simplicissimam unitatem dei, que nihil habet in se nisi se; & unitatis creatæ similitudinem retinens, sicut.n. illa a nullo ullo descẽsu uel respectu prouenit, & omnis pluralitas ab ipsa successiue deffluit, sic deus a' nullo est; sed omnia ab ipso sunt. Huius autem unitatis diuinæ meminit Apostolus, dicens; Vnus dominus, una fides, unũ baptisma.

*Vnitas, Dei qualis sit.*

*Ephe. 4.*

Exorcizo uos per ueritatem unius tantum principii, totius uniuersi creatoris, & rectoris, Apostolo declamante; qui ait; Vnus deus, & pater omnium, qui est super

*Vnus ē Deus omnium rector.*

per omnia. Cum non ſit bona pluralitas principantium : Ideo ſicut unus ſolus Deus in principio creauit cælum & terram, ſic illi de omnibus cura ſemper fuit. *Ephe. 4.*

Audite reptilia, de quibus dictum eſt; Illic reptilia quorum non eſt numerus. Coniuro uos ut fugiatis, per æternum Deum patrem luminum, quem neceſſe eſt patrem eſſe, ne in illo generandi principium exiſtens ſit ocioſum. Quapter ineffabiliter ſemper generat, & ſic pater eſt. In cuius nomine Dauid ait; Ex utero ante Luciferum genuit te. *Pſal. 103. Quare due perſone diuine producantur. Pſal. 109.*

Coniuro uos per deum Filium, qui (quoniam inter omnes emanationes perfectisſima eſt generatio) a patre generatione emanat : Et cum pater ſit omnis copioſisſimus deitatis & bonitatis fons, perſona quæ Filius eſt, æterna generatione effluit ab ipſo. Cuius de clamator Iſaias ait; Generationem eius quis enarrabit? *Filius Dei a Patre generatur. Iſa. 53.*

Coniuro uos per Deum Spiritum ſanctum, a patre, Filioq; per modum uoluntatis procedentem : ipſe namque Spiritus ſanctus utriuſque amor eſt : pater enim & Filius diligunt ſe amore ab *Spiritus Sãctus quomodo producatur.*

eis procedente, qui pater non eſt, nec Filius, nec accidens, ſed tertia neceſſariò perſona; De qua Sanctus Auguſtinus ait Eſt ineffabilis quidam complexus in illa Trinitate non genitus, ſed genitoris genitique ſuauitas, ingenti largitate perfundens omnes creaturas, pro captu earum.

*Auguſt.*

Audite Baculi impiorum, de quibus dictum eſt; Contriuit dominus baculum impiorum. Adiuro uos ut relinquatis q͞d ueſtrum non eſt per ſanctisſimam Trinitatem, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, unum deum omnipotentem, unius ſubſtantiæ, eſſentiae, & poteſtatis, Quam confitetur Apoſtolus cum dicit; Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, ipſi gloria in ſecula.

*Iſa. 14.*
*Deus eſt trinus et unus.*
*Leo. P.*
*Rom. 11.*

Adiuro uos per ueſtigium beatisſimæ Trinitatis, in creatis, & preſertim anima rationali lucens, quæ memoria, intellectu, & uoluntate uiget; In memoria autem pater oſtenditur, in intellectu Filius, & in uoluntate Spiritus ſanctus. Et ſicut memorię, intellectus, & uoluntatis, una eſt anima, ita Patris, Filli, & Spiritus ſancti, una eſt diuinitas, ęqualis gloria, coæterna maieſtas.

*Veſtigium Trinitatis relucet in creatis.*
*Athan.*

Adiuro

Adiuro vos per trium diuinarum personarum æqualitatem; Virtutis in posse, durationis æternæ, immensitatis, & similium in Deo possibilium: Est enim in beatissima Trinitate in omnibus æqualitas talis & tanta, quod ut sanctus Augustinus ait: Nec est maius aliquid, uel duo, uel omnes, quam vnus, nec maius aliquid omnes, quam unus, nec maius aliquid omnes, quam singuli. *Aequalitas diuinarum personarum in quo cōsistat.* *August.*

Audite Bestie, de quibus dictum est; Omnes bestie agri ludunt. Impero vobis Deo ut cedatis per immensitatem infinitatis Dei, cuius sanctus Propheta meminit dicens; Magnitudinis eius non est finis. Et incomprehensibilitatis; de qua Sanctus Paulus admirans ait; O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uie eius, Ac incircumscriptibilitatis; unde sanctus Ambrosius dicebat Nihil prescriptum, nihil circumscriptum, nihil dimensum Trinitas habet. Atque duratione æternitatis; de qua Sanctus Paulus scribit ad Thimoteum; Regi seculorum immortali, & inuisibili soli Deo honor & gloria. *Iob. 40.* *Quomodo immensus est Deus.* *Psal. 144.* *Rom. 11.* *Ambr.* *1. Tim. 1.*

Impero vobis per infinitatem Dei,

quæ

*Infinitus quotupliciter sit Deus.* quę cum in eodem sit cum ipso idem, sicut essentia est infinita, sic & infinitas; sicut essentia Dei ita non est in aliqua re, quin possit esse in pluribus, sic eius infinitas non ita est in aliquo, quin possit esse in plura; & nec ita est in pluribus, quin possit esse in multis aliis. De hac loquitur Sanctus Propheta dicens; Magnus dominus, & magna virtus eius. *Psal. 146.*

*Incomprehẽsibilis quomodo sit Deus.* Impero vobis per incomprehensibilitatem Dei, quæ a luce increatę uirtutis prouenit; Cum Deus lucem habiter inaccessibilem, ad illamque se habeat intelligentia creata multo minus habens de perspicacitate, quam oculus Nicticoracis ad lucem solis, Dicente Sancto Bernardo; Ita Deus est in rationalibus creaturis ut non capiatur ab ipsis. Sed si aliquo modo comprehenditur hoc est, in uia per fidem, in patria autem facie ad faciẽ, pro dignitate meritorum. *Bernard.*

Audite montes superbiæ, de quibus dictum est: Neque a desertis montibus, quoniam Deus iudex est. Constringo vos hinc abire per incircumscriptibilitatem Dei, qua ipse est ubique, sed nullo capitur loco: Est enim iutra omnia, cum omnia, repleat; & extra, omnia præsentia potentia *Psal. 74.* *Incircũscriptibilis quomodo sit Deus.*

suę im-

ſuæ immenſitatis. Huius meminit ſanctus Auguſtinus: dicens; Deus eſt in mundo non concluſus, extra mundum non excluſus, ſupra mundum non elatus, & infra mundnm non depreſſus. *Aug.*

Conſtringo vos per æternitatem Dei, qua ullo unquam tempore menſuratur cum nulla de eo verificetur ratio temporis preteriti, futuri, uel preſentis; Præteritum enim non eſt, ſed fuit; futurum uero neque eſt, ſed erit; Deus autem ſemper actu permanet. Nequaquam autem & præſens, cum ſemper pertranſeat; Deus autem ſemper idem maneat, Eſſe namque non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens ueritas, & manens cauſa. *Aeternus eſt Deus, & quomodo.* *Hilari.*

Conſtringo vos per incommutabilitatem Dei, qua impermutabilis eſt augumento, uel diminutione; cum dicat Propheta Malachias; Ego Deus & non mutor. Et inalterabilis, cum apud eum non ſit traſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio. Atque nec ſecundum locum mutabilis, cum ubique preſens ſit; cælum, & terram implens. *Incommutabilis quotupliciter ſit Deus.* *Malac. 3.*

Andite Ianue, de quibus dictum eſt; Oſtia tenebroſa uidiſti. Expello uos per ſimplicitatem Dei incompoſitionis, & in componi- *Iob. 38.* *Simplicitas Dei quotuplex*

componibilitatis partium integralium, uel potentialium, generis & differentiæ, materiæ & formæ, coaceruationis unitatum, quod est & quo est, admixtionis accidentis, & additionis corporeæ substantiæ. In Deo namque quod est, & quod habet, semper idem simplicissimè & uno modo est: Vnde dicit Sanctus Bernardus; Non partibus constat Deus, ut corpus; nec affectibus distat, ut anima nec formis substat, ut omne quod factum est.

*Excellentia Dei quotuplex sit.*

Expello vos per excellentiam Dei; Omnipotentiæ, omnis bonitatis; omniscibilitatis; essendi presentialiter ubique; potentiæ creandi de nihilo; operationis instantaneæ, & cum quietæ, factionis miraculi, cognitionis voluntatis, suscitationis mortuorum; remissionis peccatorum; infusionis gratiæ; conseruationis perpetuæ corporis in igne; & eminentiæ omnium earum perfectionum quæ sunt in creaturis.

*Nomina multimodè de Deo dicibilia.*

Expello uos per omnia nomina sancta Dei Essentialia; substantialia, & adiectiua, personalia, notionalia; Symbolica, & mistica .s. Ens quod est, Deus, Creator; Bonus, Æternus, Immensus; Pater, Filius, &

Filius,& Spiritus ſanctus; Paternitas, Filiatio, Innaſcibilitas; Leo, Vitulus, Agnus; Atque ſuauis, dulcis, & dilectus: Sed & per omnia alia, quę non explicantur ſcriptura, cum ſint inæſtimabilia; nec lingua, cum ſint ineffabilia; ſed nec percipiuntur mente, cum ſint incomprehenſibilia.

Audite ſerpentes, de quibus dictum eſt; Cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium. Priuo uos a poteſtate creaturę huius per ineffabilitatem Dei, ab eius incomprehenſibili excellentia conſurgente; unde quod ipſum explicet nihil dici poteſt: Non per nomina, quia ſubſtantiam cum qualitate ſignificant; Non per uerba, quia cum modis, formis, & tempore ſunt ſignificatiua; Non per Participia; quia ſequntur naturam Nominis, & Verbi; Non per Pronomina, quia Dei non eſt demonſtratio ad ſenſum, nec ad intellectum; Sed nec per alias orationis partes, quia non ſunt predicabiles: Vnde sanctus Paulus admirans ait; Incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uie eius.

*Deut. 32.*
*Ineffabilis quomodo ſit Deus.*
*Rom. 11.*

Priuo uos a poteſtate creaturæ huius per appropriata diuinis perſonis, quibus

dicimus

*Appropriata diuinis personis quotuplicia sint.*

dicimus Patrem potentem, ne humana supputatione credatur impotens antiquitate; Filium sapientem, ne credatur iuuenis & insipiens; Et Spiritum Sanctum bonum, ne suo credatur impetu seuerus. Sed & in Patre æternitatem dicimus, in Filio speciem, in spiritu Sancto vsum. Item in Patre unitatem, in Filio æqualitatem, & in Spiritu Sancto vnitatis & æqualitatis concordiam. Et item in Patre originandi rationem, in Filio exemplandi, & in Spiritu Sancto rationem faciendi.

*August.*

*Omnipotentia Dei quotupliciter appareat.*

Priuo uos a potestate creaturæ huius per omnipotentiam Dei, quæ apparet in mundi initio, quia ex nihilo cuncta creauit; in medio quia ne res uertantur in nihilum, suo posse conseruat; & in fine, quia mortuos suscitabit. Et qua Deus omnia potest omnibus modis; cum possit mutare unum complectum in aliud, & facere ex incompleto completum, atq; producere de non esse ad esse. De hac dicit Sanctus Augustinus; Demus Deo aliquid posse, & nos intelligere non posse.

*August.*

*Deut. 32.*

*Scientia Dei quomodo ab ipso cognoscatur*

Audite Aues de quibus dictum est; Deuorabunt eos Aues morsu amarissimo. Compello vos exire per scientiam Dei, qua ipse

qua ipſe cognoſcit temporalia æternaliter, ſed temporalia; futura præſentialiter, ſed futura; contingentia infallibiliter, ſed contingentia; creata increatè, ſed creata; mutabilia immutabiliter, ſed mutabilia; & dependentia independenter, ſed dependentia; cum omnem perfectionem habeat diſtinctisſime ac perfectisſime omnia cognoſcendi, ſub propriis ac ſingulis cuiuſcumque rei rationibus. *ſcantur omnia.*

Compello uos exire per voluntatem Dei, quę quia recta eſt, nullus rectus eſſe poteſt niſi conformetur ei; Quia eſt efficax, nihil ſine illa, uel contra illam poteſt effici nec per aliquem poteſt impediri; Et quia irreprehenſibilis eſt, nihil precipit, aut permittit, nihil agit, aut conſulit, niſi iuſtè, & optime. *Voluntas Dei qualis ſit.* *Iuſtitia quo modo utitur Deus.*

Compello uos exire per iuſtitiam Dei, qua ipſe nunquam reddens mala pro bonis, ſed aliquando mala pro malis; mala .s. pænæ, pro malis culpæ; ſicut vulneratio momentanea cicatricem reliquit perpetuam, ſic ideo ipſe propter impenitentium peccatorum temporalem ſceleris actionem, perpetuo ulciſcitur tormento: Dicente Ioanne; Aſcendit fumus eorum in ſecula ſeculorum. *Apoc. 14.*

Audite

*Isa. 34.*

*Misericordia quomodo sit Deo Iustitia proprior.*

Audite Dracones de quibus dictum est; Erit cubile Draconum. Anathematizo uos per misericordiam Dei, quæ illi proprior iustitia dicitur esse, licet ita iustus sit sicut misericors: Ad opus enim misericordię complendum requiritur tantum ipsius benigna uoluntas, ad iustitiæ autem, aliquid quoque ex parte hominis, exigentia uidelicet meritorum. Sed quid amplius? Miserationes eius super omnia opera eius.

*Quomodo Deus creauit omnia.*

Anathematizo vos per opus Dei creationis, quo ipse in principio creauit, & distinxit cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt; non repente, ministerio Angelorum; uel temporis sucessu, medio naturę; Sed per se, & immediate; ut in hoc differret in operando ab Angelis, qui operantur repente, & a natura, quę sucessiue agit. Sic Moises intelligendus est, cum dicat: In principio creauit Deus cælum & terram.

*Gen. 1.*

*Incarnatio Verbi conueniens fuit.*

Anathematizo vos per incarnationem domini nostri Iesu Christi, qua ipse sicut cum Patre, & spiritu sancto, totum mundum creauit, sic Patre mittente, & Spiritu sancto superueniente, in fine temporum, totum mundum recreauit; ut sicut fuerat cum

rat cum Patre & Spiritu Sancto totius mundi causa efficiens, sic cum eisdem esset causa reficiens. Quare sexta mundi ætate, toto orbe in pace composito, Verbum caro factum est, & nouem post cõceptionem decursis mensibus, habitauit in nobis. *Ioan. 1.*

Auditeque tandem Aspides tartarei Reptilia mala, Baculi impiorum, Bestie agri, Montes superbiæ, Ianue tenebrose, Serpentes furentes, Aues mordentes, & Dracones insidiantes; Ego Exorcizo uos, adiuro uos, impero uobis, constringo uos, expello uos, priuo uos a corpore isto, compello uos exire, & uos anathematizo, ut cito exeatis de hac creatura Dei, & in locum uobis ab ipso deputatum eatis per omnia, quæ uos constringunt & constringere possunt. Exite ergo, Exite maledicti, cum omni uestro maleficio, siue malefico artificio, de quo forsitan gloriamini, & quo tanquam ad refugium uestrum confugitis. Quid moramini? Exite cito de quacumque parte istius creaturæ Dei; De cute, de carne, de neruis, de ossibus, de medullis, de humoribus, de arteriis, de uenis, de paniculis, de cartilaginibus, de iuncturis, & de omni mem-

*Iniuriosè dicta contra Diabolum.*

exire.

malefitm 24
Exite · exite
104 117

bro eius. Exite cito per omnia dicta, & quæ dicentur ad gloriam Dei, & in contemptum & confusionem uestri de cerebro, de capillis, de fronte, de ceruice, de oculis, de naribus, de genibus, de labiis, de dentibus, de lingua, de palato, de maxillis, deq; toto capite; De gula, de colo, de humeris, de spatulis, de brachiis de manibus: De dorso, de corde, de præcordiis de pectore, de mammillis, de stomacho, de umbilico, de lumbis, de intestinis, de utroque clune, de femoribus, de genibus, de utroque crure, de pedibus, de digitis, de unguibus, de uestibus deq; omnibus pertinentibus ad omnia enumerata, & relinquite liberam omnimode hãc creaturam Dei optimi maximi uiuentis in secula seculorum.

## EXORCIZATIO DECIMA, Quæ est super Lib. Apocalipsis beati Ioannis Apostoli.

¶ *Stet Exorcista coram altare, & Psalmum dicat sequentem.*

Psal. 137.

CONfitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia

uerba

uerba oris mei. In conſpectu angelorum pſallam tibi, adorabo, ad templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & ueritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomē ſanctum tuum. In quacumque die inuoca uero te, uelociter exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia uerba oris tui. Et cantent in uiis domini, quoniam magna eſt gloria domini. Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me, domine miſericordia tua in ſeculum, opera manuum tuarum ne deſpicias. Gloria Patri, & Filio, &c.

*Vertat ſe Exorciſta in faciem perſonæ obſeſſæ, Lectionemq; ſequentem dicat.*

Lectio Epistolæ beati Iudæ Apostolæ.

*Iudæ Epist. unica.*

COmmonere uos uolo, scientes uos semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Agypti saluans secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos uerò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei, uinculis æternis sub caligine reseruauit.

¶ *Manu super uertice capitis personæ obsessæ posita, dicat Exorcista sequentia Sancti Euangelii.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Mattheum.

*Cap. 15.*

SEcessit Iesus in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei domine, fili Dauid, filia mea male a Dæmonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes: dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa uenit, & adorauit eum dicens, domine

adiuua

adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sum re panem filiorum, & mitte re canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadũt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

¶ *Flectens genua Exorcista immediatè, cũ omn bus astantibus, dicat Litanias sequentes.*

## LITANIE.

*Notabilia multa de Deo.*

Kyrie eleison. R. Kyrie eleison.
Christe eleison. R. Christe eleisõ.
Kyrie eleison. R. Kyrie eleison.
Pater a quo omnia R. Miserere nobis.
Fili per quem omnia. R. Miserere nobis.
Spiritus Sancte in quo omnia. R. Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus. R. Miserere nobis.
Creator seculi R. Deprime illos.
Gubernator mundi. R. Deprime illos.

Prouiſor infalibilis. R. Deprime illos.

Vniuerſorum domine. R. Deprime. illos.

Multum miſericors. R. Deprime illos.

Inſpirator boni ℟. Deprime illos.

Refugium noſtrum. R. Deprime illos.

Illuminator mentium. R. Deprime: illos.

Tector peccatorum. R. Deprime illos.

Præparator uoluntatum. ℟. Deprime illos.

Suſcitator inopum. ℟. Deprime. illos.

Pater Orfanorum. R. Deprime illos.

Conſolator Viduarum. R. Deprime illos.

Erector egenorum. R. Deprime. illos.

Salus infirmorum R. Deprime illos.

Humilium inſpector. R: Deprime. illos.

Author

Author pacis. R. Deprime illos.
Scrutator cordium. R. Deprime illos.
Iudex mentium. R. deprime illos.
Cognitor omnium. R. deprime illos.
Firme firmamentum. R. deprime illos.
Firmator Cardinum. R. Deprime illos.
Motor Cælorum. R. Deprime illlos
Moderator elementorum. R. Deprime illos.
Continens omnia. R. Deprime illos.
Director gentium. R. Deprime illos.
Habitator Sion. R. Deprime illos.
Perseuerator æterne. R. Deprime illos.
Fidci author. R. Deprime ill.
Spei roborator. R. Deprime ill.
Charitatis infusor R. Deprime illos.
Iustorum dilector. R. Deprime illos.
Pulchritudo Angelorum R. Deprime illos.
Gloria Sanctorum. R. Deprime illos.

Lux beatitudinis. R.Depone illos.
Sesſor excelſe. R.Deprime illos.
Patrator mirabilium. R. Deprime. illos.
Repreſsor uiolentum. R. Deprime. illos.
Dominator ſortis. R. Deprime illos.
Potens expugnator. R. Deprime illos.
Calcator inferni. R.Deprime illos.
Inflictor pænarum. R. Deprime illos.
Victor Dæmonum. R. Deprime illos.
Miſerator domine. R. Miſerere nobis.
Domine miſerator. R. Deprime illos.

¶ *Surgens Eorciſta, facie ad altare conuerſa, modo ſequenti Deum exoret.*

V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat.
V. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani.
R. Et tranſiui, & ecce non erat; queſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.

Oratio.

## ORATIO.

Sancte Deus, Deus fortis, fortis & immortalis, qui homini, liberi arbitrii siue mentis, carnis siue sensus,& uoluntatis siue affectus, ægritudine maximè languescenti, de congruenti remedio Fidei, Spei,& Charitatis, per Iesum Christum dominum nostrum, prouidere dignatus es; Fide scilicet, ne sapientia mundi inflatus non perciperet ea quæ tua sunt; Spe autem ne tue legi non subiectus gloriari non posset in spe filiorum tuorum; Charitate quoque, ne pronus nimis semper ad malum, inuenire non posset quem, saltem aliquando, diligeret anima eius; Concede quesumus propitius nobis ut quemadmodum Fide, mentem; Spe, sensum; & charitate, affectus sanasti; Fide illuminando, Spe accendendo, & Charitate delectando; Fide ostendendol, Spe docendo, & Charitate sociando; Fide incipiendo, Spe proficiendo, & Charitate perficiendo; Vt Fide videreris; Spe optareris, & Charitate diligereris; Ita contra hos malos malignosq; spiritus, per fidem minari per Spem terrere,& per Charitatem fugare efficaciter, tua inuisibili adueniente virtute ualeamus, Itaque

*Infirmitati spirituali hominum triplici, triplex opponitur remedium.*

verte

de cælo

de cælo Sancto tuo benigne prospicere dignare super hanc facturam tuam, ut manus tua auxilietur ei, & brachium tuum confortet eam; vt nihil proficiat inimicus in ea, & filius iniquitatis non apponat nocere ei; Et vt misericordia tua non dispergatur ab ea, neque noceas ei in ueritate tua; Sed ut eradicetur Diabolus, cum angelis suis apostaticis, in corpore eius degentibus, cum maleficiis omnibus, & incantationum inscipientium facturis; Sed vt humilies sicut vulneratus superbum; Sed & ut in brachio virtutis tuę disperdas inimicos tuos. Vsque quo igitur domine auertis in finem? Quo usque cibabis nos pane lacrimarum? Vsque quo exaltabitur inimicus tuus super hoc plasma tuum? Excita domine, excita potentiam tuam, & ueni in adiutorium meum contra hos rebelles tuos, vt hinc, uirtute authoritatis tuæ deuicti, fugiant, & intereant in seculum seculi: Tunc enim nos oues pascuæ tuæ exaltabimus te dominum Deum nostrum, & mente prostrata, adorabimus in loco sancto tuo; annunciabimus mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem; in decachordo Psalterio, cum

cantico

cantico in Cithara; laudantes nomen Sanctum tuum, cui sit honor & gloria, potestas & imperium, per cuncta semper secula. Amen.

¶ *Sedeat Exorcista, & sequentia compleat.*

## EXORCISMVS:

PEr Apocalypsim Iesu Christi, qua dedit Deus palam facere, seruis suis, quę oportet fieri cito; & significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quecunque uidit; vos exorcizo, o angeli inextimabilis malitiæ; ut nunc, & semper procul sitis ab hac creatura Dei, cum omnibus maleficiis, ac artificio noxio.

*Lib. Apoc. in exorcizādo percurritur.*

Per eum qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrę; vos exorcizo, o tartareę regionis cultores, ut procul sitis ab hac Dei creatura; & per eum qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui pupugerunt

*Cap. 1.*

eum, &

eum, & plangent ſuper eum omnes tribus terræ.

Per omnia ſigna miranda, terribiles uoces, magna tonitrua, & miſticas uiſiones, quas ſanctus Ioannes uidit; uos exorcizo, o angeli ſuaſores mali, ut procul ſitis ab hac creatura; & primo per uocem illam magnam, tanquam tubæ, quæ precepit ei ut omnia quæ uideret in libro ſcriberet, & mitteret ſeptem eccleſiis.s. Aſiæ, Epheſo, Smirnæ, Pergamo, Tyatirę, Laoditiæ, & Sardis.

*Cap. 1.*

*Cap. 1.*

Per ſeptem candelabra aurea; committo uobis, o angeli ſectatores ſuperbiæ, ut fugiatis; Et per ſimilem filio hominis in medio candelabrorum aureorum ſtantem: Per uocem illius, tanquam aquarum multarum; Per ſeptem ſtellas quas habebat in dextera ſua; Per gladium vtraque parte acutum, lucens ut ſol in uirtute ſua.

*Cap. 1.*

*Cap. 1. 2. & 3.*

Pet hæc eius uerba: Noli timere, ego ſum primus & nouiſſimus, & uiuus, & fui mortuus, & ecce ſum uiuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni; uobis committo ut fugiatis, o angeli demonſtratores æternæ perditionis; Et per ea quæ precepit Deus ſeptem Eccleſiis

clesis mittere.

Per ostium quod uidit apertum in cælo; uobis commito vt fugiatis, o angeli odii; Et p primam uocem quam audiuit, tanquam tubæ, dicentem; Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito; & per sedentem, & sedem quam uidit tunc in cælo. Cap. 4.

Per uiginti quattuor sedibilia, quæ erant in circuitu sedis; insurgo in vos potenter o angeli contemplatores inferorum; & per viginti quattuor seniores qui super thronos sedebant, & circumamicti erant vestibus albis, & in capite coronas habebant aureas; & per fulgura, per voces, & tonitrua de trono procedentia. Cap. 4.

Per septem lampades ardentes ante thronum in uos insurgo, o contemptores mandatorum Dei, ut festinetis fugere; & per mare quod uidebatur vitreum simile Crystallo; & quattuor animalia plena oculis ante & retro, quorum primum erat simile Leoni, secundum Vitulo, tertium Homini, & quartum Aquile volanti. Cap: 4. fugere festinetis

Per verba quæ incessanter dicebant; insurgo in uos ut festinetis fugere, o angeli ma- Cap. 4. et 5.

li maledictionis .s. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui uenturus est; Et per librum qui scriptus erat intus & foris, signatum sigillis septem.

Cap: 5. Per Angelum clamantem voce magna, & dicentem: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Vos o angeli tenebrarum fugere precipio; Et per planctum beati Ioannis effusum quia nemo inuentus esset aperire librum, aut soluere signacula eius, neque in cælo, neque super terram, neque subtus terram.

Cap. 5. Per Agnum tanquam occisum, in medio animalium; & throni, & seniorum, habentem cornua septem, & oculos septem; vos fugere precipio, o angeli defensores malorum; Et per acceptionem libri de dextera sedentis in trono, ab eo, ad cuius aperitionem quattuor animalia, & viginti quattuor seniores ceciderunt coram Agno.

Cap: 5. Per Citharas, & Phialas aureas plenas odoramentorum; uos, o angeli mortis, cito ex hac Dei creatura fugere precipio; & per canticum nouum seniorum, quem cantabant dicentes; Dignus es do-

mine

mine accipere librum,& aperire ſignacula eius.

Per vocem Angelorum multorum in circuitu throni; vos vireſque ueſtras annullo, o Angeli perpetuò cruciandi: Et per uocem animalium,& ſeniorum,quorum numerus erat millia millium, dicentium uoce magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere uirtutem, & diuinitatem,& ſapientiam,& fortitudinem, & honorem,& gloriam, & benedictionem. Cap. 5.

Per aperitionem quam fecit Agnus vnius de ſeptem ſigillis; vos, o Angeli luctus, vireſque veſtras,& determinationes, & maleficia omnia, contra noſtram voluntatem, vel in perſonam iſtam, per vos, aut per veſtros machinata annullo; & per unum de quattuor animalibus dicencem, tamquam voce tonitrui: Veni, & vide; & vidit equm album, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit uincens, vt vinceret. Cap. 6. malefitia

Per aperitionem ſecundi ſigilli, & per vocem ſecundi animalis dicentis: Veni, & vide; Vos, o Angeli deprauati, vires què veſtras annullo;& per miſterium equi rufi exeuntis, ſuper quem ſedenti datum Cap. 6.

eſt ut

eſt ut ſumeret pacem de terra: datumq; eſt ei gladium magnum.

*Cap. 6.* Per aperitionem tertii ſigilli,& vocem tertii animalis dicentis; Veni,& uide; uos, o angeli mali malorum conſules, relego in loca uobis a Deo parata; & per miſterium equi nigri, ſuper quem qui ſedebat, ſtateram in manu habebat; quando audita eſt uox dicentis: Bilibris tritici denario, & tres bilibres, ordei denario, & vinum, & oleum ne leſeris.

*Cap. 6.* Per aperitionem quarti ſigilli, & uocē quarti animalis dicentis: Veni,& vide; uos, o Angeli aduerſarii Dei, relego in loca vobis à Deo parata; & per miſterium equi pallidi: ſuper quem ſedebat quidam, cui nomen Mors,& infernus ſequebatur eū, & data eſt ei poteſtas ſuper quattuor partes terræ, interficere gladio, fame;& morte,& beſtiis terrę.

*Cap. 6.* Per aperitionem quinti ſigilli, uos, o angeli ſuperborum uexilliferi, relego in loca uobis a Deo desſignata; & per animas interfectorum propter verbum Dei,& propter teſtimonium quod habebant, & clamabant uoce magna dicentes: Vſq; quo domine (Sanctus & verus) non iudicas, & uindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui

habitant

habitant in terra?

Per aperitionem ſexti ſigilli ad quam factus eſt terræmotus magnus: in vos teſtor o angeli perdictionis. Et per mutationem ſolis, & Lunæ, & montium atque ſtellarũ; per receſsũ cæli; per motum montiũ oĩum, & inſularum de locis ſuis; quapropter oẽs homines montibus dicunt, & petris: Cadite ſuper nos, quoniam venit dies magnus iræ. Et quis poterit ſtare? Cap. 9.

Per angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes ventos ne flarent; in vos teſtor, o Angeli damnati; & per Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui, clamantem uoce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terre, & mari; Perq; centum quadraginta quatuor millia ſignatos, ex omni tribu filiorum Iſrael. Cap. 7.

Per aperitionem ſeptimi ſigilli, a qua factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora; in uos teſtor, o angeli præliorum; & per ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei quibus date ſunt ſeptem tubè; & per alium Angelum habentem thurribulum aureum in manu ſua. Cap. 8.

Per tonitrua, per voces, per fulgura per terræmotus, quæ facta fuere ad demiſsio- Cap. 8. & 9.

nem aurei thurribuli in terram; commit to uobis vt fugiatis, o angeli bonorum dissipatores; Et per mirabilia tremendaq; signa, quę apparuerunt ad sonitum tubarum septem Angelorum.

*Cap. 10.* Per Angelum descendentem de cælo, amictum nube, habentem faciem quasi solis, & pedes tanquam columna ignis, dextrum .s. supra mare, sinistrum autem super terram; Committo vobis ut fugiatis, o angeli uitiorum; & per clamorem eius tanquam rugitum Leonis.

*Cap. 10. &* Per librum, quem sanctus Ioannes accepit de manu Angeli, & deuorauit iuxta preceptum eius, in oreq; ipsius erat dulcis vt mel, in ventre autem amarissimus; committo vobis, o angeli amatores libidinum, vt fugiaris; Et per duo oliua, & duo candelabra lucentia in conspectu Dei; & per ipsorum potestatem.

*Cap. 11.* Per altam vocem tubæ septimi Angeli ad quam facte sunt uoces in cælo dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum, in uos insurgo vt fugiatis, o angeli authores malorum omnium; & per aperitione templi Dei in cælo, & uisionem arcæ Dei in illo; per fulgura per voces, &

ces,& tonitrua magna.

Per mulierem ſole vestitam, quæ apparuit in cælo, Lunam habentem ſub pedibus eius & in capite coronam ſtellarum duodecim, in ventremq; gerebat,& clamabat parturiens,& cruciabatur ut parerer; in uos inſurgo, o angeli caliginoſæ mentis; & per eius partum. Cap. 12.

Per prelium magnum factum in cælo inter Archangelum Michaelem, cum ſociis ſuis;& antiquum Draconem, & vos miſeros ſatelites eius,qui non preualuiſtis,ſed victi ad ima loca confuſibiliter deiecti; fuiſtis in vos inſurgo,o angeli confuſionis;& per agnum ſtantem ſupra Montem Sion. Cap. 12.

Per centũ quadraginta quatuor millia, habentes nomen eorum,& patrum ipſorum ſcriptum in frontibus ſuis vos fugere precipio,o Angeli malorum hoſpites; & per uocem ſimilem aquarum multarum, ſicut citaredorum citarizantium in citaris ſuis; Perq; vocem dicentem: Scribe,beati mortui qui in domino moriuntur. Cap. 14.

Per ſimilem filio hominis ſuper candidã nubem ſedentẽ, habentẽ in capite ſuo coronam aureã,& in manu ſua falcem acutam; vos fugere precipio, o angeli putredinis; & per mare tanquam uitreum Cap. 14.

mixtum igne; perq; illos qui uincerunt magnam bestiam; & per canticum Moisi quem cantabant.

Cap. 18. Per Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, a cuius gloria terra illuminata fuit; vos fugere precipio, o angeli celebratores inferorum & per vocẽ de cælo dicentem; Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis.

Cap. 19. Per vocem, quasi turbarum multarum, dicentem; Alleluia. Et iterum: Alleluia. Alleluia. Quoniam regnauit dominus noster oĩpotens; vos a vexatione cessare statuo, o angeli nigerrimi caliginis; Et per eũ qui sedebat super equum album, qui uocabatur fidelis & uerax, habens diademata multa in capite suo, & nomen eius scriptũ .s. Verbum Dei. In uestimento autem: Rex regum, & dominus dominantium.

Cap. 19. & 20. Per Angelum stantẽ in Sole; clamantẽ Voce magna oĩbus auibus; uos a uexatione cessare statuo, o Angeli reprobati: & p Angelum descendentem de cælo clauem Abyssi habentem, & catenã magnam, qui & apprehendit Draconem Serpentem antiquum, qui est Diabolus & Sathanas, & ligauit per annos mille, & misit in abis-

sum &

ſum & clauſit,& ſignauit ſuper illum.

Per tronum magnum candidum,& per ſedentem ſuper eum, a cuius conſpectu fugit cęlum & terra; uos a vexatione ceſſare ſtatuo, o Angeli heredes æternarum penarum; Et per ciuitatem Sanctam Hierusalem, nouam deſcendentem de cælo; perq; portas,& miſterium earum, ſic diſtinctarum.s.ab oriente porte tres,ab aquilone porte tres, ab auſtro porte tres, & ab occaſu porte tres. *Cap. 20. & 21.*

Per fundamentum muri ciuitatis prædictæ,quorum primum erat Iaſpidis; ſecundum,Saphirus; tertium,Calcedonius; quartum,Smaragdinus; quintum, Sardonix;ſextum,Sardius; ſeptimum,Chryſolitus; octauum, Berillus; nonum, Topazius; decimum, Chryſopaſus; vndecimũ, Hyacintus; duodecimum, Amatiſtus; vos hinc abire compelllo,angeli ęterni luctus, et per fluuium aquæ uiue; perque lignũ uitæ,et per eum,qui cito uenturus eſt reddere unicuique ſecundum opera ſua:qui eſt radix et genus Dauid: ſtella ſplendida, et matutina: *Cap. 21. & 22.*

Perq; tandem omnium prædictarum reuelationum miranda miſteria; cum omnibus maleficiis ueſtris per uos patratis, *Iniuriosè dicta multa cõtra Diabolũ.*

aut ab alio, et per uos ſtabilitis; uos Exorcizo, o angeli ſectatores ſuperbiæ ; in uos potenter inſurgo, o angeli contemplatores inferorum; uos, uireſque ueſtras annullo, o angeli perpetuò cruciandi; uos relego in loca uobis a Deo parata o angeli mali malorum conſules; in uos teſtor, o angeli perditionis; committo uobis ut fugiatis o angeli bonorum omnium diſſipatores; in uos inſurgo, o angeli auctores malorum omniũm; vos fugere precipio, o angeli malorum hoſpites; uos exire ſtatuo, o angeli nigerrimi caliginis ; atque uos hinc abire compello, o angeli æterni luctus. Fugite ergo, abite, recedite : Fugite per illam Potentiam, quæ poteſt hinc uos fugare ; abite per illam Sapientiam quæ uos cum feſtim facere ſcit hinc abire ; & recedite per illam Bonitatem, quæ vult uos hinc recedere; Fugite in nomine Patris, abite in nomine Filii, & recedite in nomine Spiritus ſancti; qui in vnitate perfecta, uiuit, & regnat in ſecula ſeculorum.

FINIS EXORCIZAT.

# EXPVLSIONIS DAEMONVM.

## F. VALERII POLIDORI

*Patauini, Ord. Min. Conuentualiũ; Artium, & Sacræ Theologiæ Doctoris; Ad Dæmones, et Maleficia de Christifidelibus expellendum, Postexorcizationes ſecuntur.*

## POSTEXORCIZATIO PRIMA,

Quæ eſt præceptum egresſis ſpiritibus faciendum.

¶ *Quando Exorciſta uult Exorcizationes dimittere, ſpiritibus egresſis, forma ſequenti, ſtando, preceptum faciat.*

Lectio Actum Apoſtolorum.

FACTVM eſt euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentẽ ſpiritum Pythonem obuiare nobis, quæ queſtum magnũ preſta- Act. 16

bat; dominis ſuis diuinando. Hæc ſecuta Paulum & nos, clamabat, dicens; Iſti homines ſerui excelſi ſunt, qui annunciãt nobis viam ſalutis. Hoc aũt faciebat multis diebus. Dolens autẽ Paulus, & conuerſus, ſpiritui dixit; Precipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exi ab ea. Et exiit eadem hora.

## Lectio Sancti Euangelii ſecundum Marcum.

*Mar. 9.* INterogauit Ieſus populus dicens; Quid inter vos queritis? Et reſpondens vnus de turba dixit; Magiſter attuli ad te filium meum habentem ſpiritum mutum, qui vbique eum apprehendit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis ut eiicerent illum, & non potuerunt. Qui reſpondens eis, dixit; O generatio incredula, quam diu apud uos ero? Quandiu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum, & eliſus in terram volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius; Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquam miſit, ut eum perderet. Sed

ſi quid

ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi; Si potes credere, omnia posſibilia ſunt credenti. Et continuo exclamans Pater pueri cum lacrimis aiebat; Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum uidiſset Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo dicens illi; Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum, Et exclamans & multum diſcerpens eum, exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerent; quia mortuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius eleuauit eum, & ſurrexit. Et cum introiſset in domum diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum: Quare non potuimus eiicere eum? Et dixit illis; Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.

¶ *Erigat nunc acceptam, manu dextera, crucem, & dicat.*

PEr unum ſolum uerum Deum; per duo ſanctę legis gratię precepta; per tres uirtutes Thęologicas; per quatuor uirtutes Cardinales; per miſterium quinque virginum prudentum: per ſex dierum

*Ab uno uſq; ad decem. Sacra miſteria numerātur.*

dierum conditionis opus; per ſeptem dona Spiritus Sancti; per octo beatitudines; per nouem choros Angelorum; & per decem Sanctae legis, ſcriptæ precepta, ego precipio uobis maledictis ſpiritibus, qui à corpore iſto, uirtute Dei, eiecti fuiſtis; quatenus procul hinc abeuntes, a perſona, ſiue loco in quo fuerit hæc creatura Dei continuò diſcedatis, nec uobis poteſtas ulla remaneat eam uexandi; aut etiam leuiter moleſtandi; per uos, ſiue per alios; in ſenſu, ſiue fantaſia; operatione intrinſeca ſiue extrinſeca; in corpore, ſiue in anima; nec in eam iterum regrediendi; ſed conſtricti ſitis ad loca illa, infernalis horroris, uel uaſtæ ſolitudinis, uobis a Deo parata, confugere; ubi nulli, uſu nequitiæ ueſtræ, moleſti ſitis, nec nocere ualeatis in ſecula ſeculorum.

¶ *Depoſita Cruce, & aqua benedicta recepta, aſpergat perſonam, & circumſpergat locum, dum dicit;*

DIſcedant omnes inſidie latentis inimici; & ſiquid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti, a

ſper-

ſperſione huius aquę effugiat; per eum qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

## POSTEXORCIZATIO SECVNDA: Quæ eſt præceptum ſpiritibus in corpore remanentibus, faciendum.

¶ *Sedeat Exorciſta quando uult riuos Exorcizationum claudere, & malignis ſpiritibus in corpore obſeſſo remanentib᷑ precipiat, forma immediate ſequenti.*

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

EXpergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis, ros tuus, & terram gignatum detrahens in ruinam. Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentum donec pertranſeat indignatio. Ecce enim dominus egredietur de loco ſuo, ut uiſitet iniquitatem habitatoris rerrę contra eũ, & reuelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet ultra interfectos ſuos. In die illa uiſitabit dominus in gladio, ſuo duro, & grandi, & forti, ſuper Leuiathan ſer-

*Iſa. 26. & 27.*

ſerpentem uectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet centum qui in mari eſt.

Sequentia Sancti Euangelii secundum Lucam.

*Luc. 10.* REuerſi ſunt ſeptuaginta cum gaudio, dicentes; Domine, etiam Dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo Et ait illis. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & Scorpiones, et ſupra omnem uirtutem inimici, et nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus uobis ſubiiciuntur; Gaudete autem, quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis.

¶ *Manu poſita ſuper caput Perſonæ obſeſſæ dicat immediatè ſequentia, quibus, remanentes in corpore ſpiritus in aliqua parte corporis. ligantur*

*Ligatio Spirituum qui in corpore remanſerũt. Pſal. 57.*

QVid gloriaris in malitia, Princeps ſceleſte, ac maledicte Spiritus, qui primus es ex his qui remanſerunt in corpore iſtius creaturæ Dei? voſq; ceteri,

ceteri, dicite; Quorſum furor uobis eſt ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. Sicut Aſpidis ſurde & obturantis aures ſuas; Deus conteret dentes ueſtros in ore ueſtro; ad nihilum deuenientis ſicut aqua decurrens, & ſicut deficit cera a facie ignis, ſic deficietis a facie omnipotentis; in cuius uirtute uobis omnibus mando, quatenus uniuerſa totius corporis iſtius creaturæ Dei partes deſerentes, nunc, nunc, ſine leſione eiuſdem, in digito minori pedis dextri deſcendentes, ibi ita placidè quieſcatis, quod nullum ſenſibile offenſionis ſignum ipſi, præbeatis: Nec nulli ueſtrum liceat motus aliquos naturales, aut operationes neceſſarias, uel uoluntarias impedire, Sed ſinatis ipſam omnia illa peragere quę ad gloriam Dei pertinent ad ſalutem animæ ſuæ, ad utilitatem proximi, & ad ſibi, & omnibus debitũ conuenientiæ ſiue neceſſitatis ſoluendũ: Hoc autem uobis precipio per merita glorioſę uirginis Mariæ, & per hæc ſancta nomina eius; Mater Dei, Virgo uirginum, Ancilla domini, Speculum immaculatum, Sedes ſapientiæ, Arca federis, Vas auri ſolidum, Domus domini, Templum Dei animatum, Pelles Salomonis, Taberna-

na-

in digito

orare comedere bibere, quiescere (?) et omnia illa pagere,

Mariæ uirg. nomina.

[illegible]

nacula Cedar, Lilium inter ſpinas , Virga de Ieſſe, Virgula fumi, Fons ſignatus, Puteus aquarum , Amicta Sole , Pulchrior Luna, Stella maris, Arcus refulgens, Rubus incōbuſtus, Porta domus domini, Ciuitas Dei, Hortus concluſus, Deliciis afflu ens , Scala cæli ; Flos campi , Oliua ſpecioſa , Plantatio Roſæ, Regina cælorum, Turris eburnea, Aurora conſurgens, Nubes operiens, Atque per omnia ſancta nomina eius. Itaque nemini ueſtrum nequaquam inde recedere preſumere liceat, ſine uel conſenſu diuino, uel obtento Exorciſtico, per uirtutem domini noſtri Ieſu Chriſti , & per miſterium horū ſanctorum eius nominum; Verbum, Emanuel, Gheber, Soter , Chriſtus , Rex regum, Dux in miſericordia, Princeps pacis, Vir Oriens , Dayyam , Dominus, Iuſtus, Legiſer, Magiſter, Filius , Primo genitus, Vnigenitus, Puer nobis datus, Mediator, Pontiſex. Sacerdos , Nannum , Caput, Os domini, Redemptor, Sponſus, Propheta magnus, Medicus animarum , paſtor bonus , Angelus teſtamenti , Leo de tribu Iuda, Vitulus ſaginatus , Agnus Dei, Ouis occiſionis, paſſer ſolitarius, Serpens in ligno , Arbor uitæ , Vitis uera,

*Ieſu Chriſti nomina multa.*

Radix

Radix Dauid, Flos de radice, Fructus suauis, Granum frumenti, panis uiuus, Cibus uiatorum, Imber temperaneus, Sol Iustitiæ, Stella ex Iacob, splendor gloriæ, Imago, Sapientia, Virtus, veritas, Fons pietatis, Origo, Gloria, Salus, Vita, Oriens ex alto, Ostium ouium, via cęli, Mons preparatus, Clauis Dauid, Petra percussa, Lapis angularis, atque per omnia alia sancta nomina eius. Quod si perficere neglexeritis missi sitis in stagnum ignis & sulphuris, furore inimicorum uestrorum, per annos mille, ab hora exitus uestri numerandos. Fiat itaque, fiat in nomine patris, & Filii, & Spiritus Sancti † Amen.

64. nomina.

---

## POSTEXORCIZATIO TERTIA.

Quæ est maledictio contra nimis obstinatos Dęmones.

maledictio 155.

¶ *Antequam Exorcista ad sequentem Maledictionem peragendam descendat debet hæc omnia parasse. 5.*

*PRimo, Stollam sacrã, quæ in usu uenire solet Sacerdotis & Exorcistæ, cuius usus dicetur.*

Secundo

*Secundo, Sedem, ad ſedendum quaſi pro tribunali, ſicut dicetur.*

*Tertio, Chartam membranam, in qua ſit imago depicta, repreſentatiua ſpiritus principalis, corpus perſonæ Dæmoniacæ obſidentis, effigie horribili ac turpi; & in qua ſuper imaginem ſcriptum ſit nomen eiuſdem ſpiritus, ab eodem reuelatum in coniurationibus uel petitionibus, ſiue ſibi impoſitum, ſi noluerit reuelaſse, ad operandum ut infra.*

*Quarto, Ramum oliuarum benedictum, cuius uſus ſuo loco dicetur.*

*Quinto, Ignem nouum carbonibus ac cenſum, pro uſu dicendo.*

*Sexto, Aquam benedictam pro aſperſione. Et*

*Septimo, Suffumigationem ſequentem .s.*

Recipe { Rutæ. Aſter attici. Sulphuris, Aſsa fetidę } An. vn. 2.
{ Salis comunis Foliorũ Lauri Foliorũ Oliuæ } An. parũ.

*Et ſeruetur in uaſe apto, ut benedicatur, & eius uſus, quando dicetur, habeatur.*

¶ Hic

*¶ His itaque sic dispositis, stet Exorcista, dum Dæmoniaco presente sequentia dicit.*

maledictio

Lectio lib. Tobiæ.

VOcauit Raguel ad se Annam uxorem suam, & precepit ei ut præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lacrimata est. Dixitque ei; Forti animo esto filia mea. Dominus cæli det tibi gaudium protædio quo perpessa es. Postquam uero cenauerunt introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatusq; Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem Iecoris, posuitq; eã super carbones Viuos. Tunc Raphael Angelus Apprehendit Dæmonium, & religauit eum in deserto superioris Aegypti. *Tob. 7. & 8.*

Sequentia sancti Euangelii secundum Ioannem.

DIxit Iesus: Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, clarifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cælo, dicẽs: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat *Ioan. 12.*

tonitrum esse factum. Alii autem dicebãt: Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, Sed propter uos. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.

¶ *Genibus flexis continuò dicãtur Litaniæ sequentes.*

LITANIÆ.

*Notabilia dicta de Deo.*

DOmine Deus exercituum. ℟. Te rogamus audi nos.

Domine Deus ultionum. ℟. Te rogamus audi nos.

Domine Deus fortis. ℟. Te rogamus. audi nos.

Domine, qui superbis ressistis. ℟. Te rogamus audi, nos. &

Domine, qui nos pietate tua consolaris ℟. Te rogam. audi nos.

Domine, qui nobis auxilium impendis. ℟. Te r. a. nos.

Domine, qui actus nostros dirigis. ℟. Te r. a. nos.

Domine, qui pietate uota prosequeris. ℟. Te r. a. nos.

Domine

Domine, qui infirmitatem nostram respicis. R. Te. r. a. nos.

Domine, qui penitentiam peccatorum queris. R. t. a. nos.

Domine, qui humiliatione flecteris. R. t. r. audi nos.

Domine, qui satisfatione placaris. R. te. ro. audi nos.

Domine, qui nos tibi facis esse deuotos. R. Te. t. a. n.

Domine, qui mundum Sacramentis renouas. R. t. r. a. n.

Domine, qui dispersa congregas. R. t. ro. audi n.

Domine, qui congregata conseruas. R. t. r. audi n.

Domine, qui omnipotentiam parcendo manifestas. R. t. r. a. n.

Domine, qui merita supplicum excedis. R. Te. r. a. n.

Domine, qui mirabilia operaris in minimis. R. t. r. a. n.

Domine, qui cõtrictorum non despicis gemitum T. r. a. nos.

Domine, qui merentium non spernis affectum. R. Te. r. aud. n.

Domine, qui tribulatos corde sanas. R. t. audi. n.

Domine, qui mortificatos letificas. R. te. r. audi nos.

Domine, qui nimis elatos confundis. R. t. r. a. nos.

¶ *Hic incipiat Exorcista sacra stolla Diabolum percutere, ex leui personæ obsessæ flagellatione, & dicat immediate sequentia.*

*Iniuriosè dicta multa contra Diabolum.*

Vt hos tuę maiestatis aduersarios, confundere digneris. R. t. r. a. n.

Vt hos dilectores peccatorum, arguere digneris. R. t. r. a. n.

Vt hos malos oppressores, flagellare digneris. R. t. r. a. n.

Vt hos blasphematores tuos, deprimere digneris. Te r. a. n.

Vt hos spiritus impuros, deponere digneris. te. rog. audi nos.

Vt hos nequitia subtiles, prosternere digneris. R. te. r. a. n.

Vt hos nocendi cupidos, confringere digneris. R. te ro. a. n.

Vt hos superbia tumidos disperdere digneris. R. te rog. audi nos.

Vt hos suasores boni propter malum, percutere digneris. R. Te rogamus audi nos.

Vt

Vt hos suasores mali sub specie boni, contorquere dignaris. R. Te rogamus audi nos.

Vt hos disuasores mali propter peius, tormentare digneris. R. Te rogamus audi nos.

Vt hos peccatores impenitentes, discipare digneris. R. t. rog. a. nos.

Vt hos nullo suggerente peccantes, condemnare digneris. R. Te rogamus audi nos.

Vt hos ressistentes dextere tue, excomunicare digneris. R. Te r. a. n.

Vt hos nimis malignos maledicere digneris. R. t. r. a. n.

Vt hos maledictos, etiam maledicere digneris, R. t. r. a. n.

Vt hos maledictos, etiam atque etiam maledicere dignaris. R. Te rogamus audi nos.

¶ *Percusio hic completa, simul cum praecedentibus, sedeat Exorcista, dicatq;.*

EGO minister & seruus Dei, & domini nostri Iesu Christi, qui discipu

 lis.

maledictio

lis ſuis & nobis ſuper Dæmonia calcandi poteſtatem reliquit, tota ui & conatu animæ & corporis, inquantum autoritas mea ſuper uos ſe extendit, ante tribunal inuiſibilis maieſtatis Dei uiui & ueri, uos, quomodocumque preſentes, cōtemno,& anathematizo,& nunc & hic, pro ſemper & ubique uos maledico,& apud omnem creaturam maledictos eſſe declaro, propter nimiam temeritatem,temerariam ſuperbiam,& ſuperbam obſtinationem uexationis ueſtræ. Maledicti ideo ſitis in omni membrorum compagine huius creaturæ Dei: Maledicti ſitis in partibus eſſentialibus,integralibus,ſubſtantialibus,accidentalibus,maioribus,minoribus,interioribus, exterioribus,ſuperioribus, inferioribus, anterioribus, poſterioribus, lateralibus,pillis, ſuperfluitatibus, coadherentiis, ueſtibus, & in omnibus ipſi pertinentibus. Maledicti ſitis in cute, in carne, in neruis, in oſſibus, in medullis, & in omnibus humoribus eius.

*Maledicuntur Dæmones in omni parte corporis.*

Maledicti etiam ſitis extra corpus hoc in omni loco dominationis Dei noſtri; in igne, in aere, in aqua, in terra; maledicti ſitis ſurſum, deorſum, in oriente, oc

*Maledicuntur Dæmones in omni loco mundi.*

cidente

cidente, ſeptentrione & meridie; maledicti ſitis in uolucribus cæli, in brutis terræ, inq; piſcibus maris; maledicti ſitis in omnibus aquis, in mari, in abisſis, in lacis, in ſtagnis, in fluminibus, in torrentibus, in riuis, in fontibus, in puteis, in ciſternis, & balneis; maledicti ſitis in pluuia, in niue, in grandine, in pruina, in rore, in glacie, in uaporibus, in caligine, in tenebris, & in luce; Maledicti ſitis in montibus, in collibus, in uallibus, in planis, in campis, in pratis, in hortis, in nemoribus, in ſiluis, in ſolitudinibus, in inuiis, in cauernis & ſpeluncis; maledicti ſitis in omni prouincia mundi, in inſulis in ciuitatibus, in caſtris, in uillis, in domibus, in plateis, in uiis omnibus, in animalibus, in arboribus, in plantis, in oleribus, atq; tandem maledicti ſitis & blaſphemati in omni anno, menſe, hebdomada, die, nocte, hora, & momento, & ab omnibus, & in omnibus, & per omnia;

Maledicti quoque ſitis inter omnia, animantia & beſtias terræ, Sicut qui facit ſcultile; ſicut qui transfert terminos proximi ſui; ſicut qui errare fecit cæcum in itinere; ſicut qui peruertit iudicium aduenæ, pupili, & uiduæ; ſicut qui clam

*Maledicuntur Dæmones omni maledictione quæ habetur in ſacris litteris.*

V 4 per-

pcutit proximum ſuum;ſicut qui accipit munera ut percutiat animam ſanguinis innocentis; & ſicut nolens audire uocem domini nec permanere in ſermonibus legis, neque eos opere perficere; Maledicti ſitis ſicut Chanaam; ſicut maledicentes Abrae; ſicut furor Simeonis & Leui; Sicut omnis qui pendet in ligno; Sicut qui non honorat patrem & matrem; ſicut mulier alieno uiro polluta; Sicut uir qui ſuſcitaſſet & ædificaſſet ciuitatẽ Hierico; Maledicti ſitis ſicut qui auſi ſunt maledicere exercitui Dei uiuentis; ſicut pueri qui illudebant Eliſeo; ſicut qui declinant a mandatis domini; ſicut impii quorum infelix & uacua ſpes eſt; ſicut ſuſurro & bilinguis; ſicut peccator centum annorum, ſicut homo qui confidit in homine. Maledicti ſitis ſicut qui facit opus domini fraudulenter; ſicut doloſus qui habet in grege ſuo maſculum & immolat debile domino; ſicut qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis; & ſicut qui a ſiniſtris erunt in die uniuerſalis iudicii, a domino noſtro Ieſu Chriſto dicente; diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis

*Gen. 3. Deut. 27. Gen. 9. Gen. 27. Gen. 29. Deut. 21. Deut. 27. Num. 5. Ioſu. 6. 1. Reg. 17. 4. Reg. 2. Pſal. 118. Sap. 3. Eccl. 28. Iſa. 85. Iere. 17. Iere. 48. Mal. 1. Gal. 3. Matt. 25.*

gelis eius: Maledictique tandem sitis hic, & vbiquæ;& nunc,& semper,& in secula seculorum. Amen.

¶ *Surgat hic Exorcista & ignem paratum benedicat, benedictione sequenti.s.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

EXORCISMVS.

Exorcizo te creatura ignis per dominum Deum creatorem tuum, qui ignis consumens est; per Deum qui Moisi **Benedictio ignis.**
seruo suo in monte Sinai speciem gloriæ **Exo. 24:**
suæ quasi ignis ardentis, in conspectu filiorum Israel, ostendit; Per Deum qui in
die aduentus Gog super terram Israel, **Eze. 38.**
pluuiam igneam & sulphuream demitendam spopondit; vt sanctificeris, & efficiaris diuinæ vltionis instrumentum, ad omnem superbiam inuisibilium hostium coercendam; & in te horribilis suffumigationis speciebus susceptis, tenebrosum ita fumum emitas, vt inde virtute diuina a corpore obsesso compulsi, non esse

in crea-

in creaturis potestatem agnoscant, quæ omnipotentiæ creatoris æquari possit; Et per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

ORATIO.

2. Mac. 10. Omnipotens sempiterne Deus, a cuius facie cæli distillant, & montes sicut cera liquescunt, qui a Machabeo famulo tuo, igne de lapidibus ignitis concepto, sacrificium benigne in templo sumpsisti; ita benigne nunc super hunc ignem è scilice percusso productum, respiciendo benedicere † & sanctificare dignare †, ut sit malignis spiritibus timendum, pariterq; tremendum spectaculum, gehenne horroris inferni representatiuum, & ipsis actualis penæ expulsionis inflictiuum; atque iusti iudicii ignis furoris tui, ardentis vsque ad inferni nouissima, rememoratiuũ; vt confusi euanescant, & a plasmate tuo trementes discedant, atque quod tuum est omnimode liberum relinquant. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Benedi-

¶ *Benedicat deinde Exorcista suffumigationem paratam, benedictione sequenti.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cęlum & terram.

EXORCISMVS.

Exorcizo te fumigabanda materia per Deum omnipotentem, qui pluit super Sodomam, & Gomoram sulphur & ignem de cælo, & subuertit ciuitates illas, & omnem circa regionem, atque vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia, ita ut ascenderet fauilla de terra, uidente Abraam, quasi fornacis fumum, ut benedicaris † & inuoluas ita spiritus tenebrarum, quod in caligine infernalis horroris ipsis esse videatur, quamdiu humanum corpus occupauerint, & quod Dei est inuaserint, ita ut statim a loco fugere cogantur, fumum tormentorũ suorum ascendere necesse esse intelligentes in secula seculorum. Amen. *Benedictio fumigationis horribilis. Gen. 19.*

ORATIO.

Omnipotens altitonans vnice, qui post tonitrua multa, ac micantia sidera, *Exod. 19*

ſidera, poſt nubes denſisſimas montem Sinai operientes, ac clangorem Buccinæ uehementius perſtrepentem, Moiſi ſeruo tuo loquenti, in igne, aſcendente ex eo fumo quaſi de fornace reſpondiſti; benedicere † & ſanctificare † in manu forti & brachio extento, hanc fumigationis materiam præpatam, ut ille in nomine & imagine desſignatus diuinæ tuæ maieſtatis aduerſarius. N. qui primum locum inter alios malignos ſpiritus, in corpore N. creaturæ tuę obtinet, potenti fumo confuſus, & virtute tuæ benedictionis proſtratus, tormentetur ita & quatiatur, quod uictus exiſtat, te uictore, qui uiuis & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Finita benedictione, Ignis, & Profumigatio aſpergantur aqua benedicta. Deinde fumigabundis ſpeciebus in igne proiectis, effigiem predictam in charta cum nomine Dæmonis, manu ſuper ignẽ gerat ſuperq́; fumum dicendo.*

effigie.

*Pſal. 10.* PLuet ſuper peccatores laqueos ignis, & ſulphur & ſpiritus procellarũ pars calicis eorum.

*Pſal. 9.* Pereat memoria eorum cum ſonitu, & domi-

dominus in æternum permanet.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Psal.72.

Velut somnium surgentium, domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Psal.72

¶ *Et immediate chartam effigiatam prædictam in ignem deiiciat; Et signum crucis versus Dæmoniacum faciat, dum maledicit Dæmones dicendo.*

Maledicat vos omnipotens Deus; ✝ Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

---

## POSTEXORCIZATIO QVARTA.

Quæ est gratiarum actio, pro persona liberata.

Lectio libri Ecclesiastici.

CONfitebor tibi domine Rex, & collaudabo te deum saluatorē meum. Eccl. 51.
Confitebor nomini tuo quoniam adiutor & protector; factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione; a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium men-

datium,

datium, & in conſpectu aſtantium factus es, mihi adiutor . Et liberaſti me ſecundum multitudinem, miſericordiæ nominis tui a rugientibus preparatis ad eſcam, de manibus querentium animam meam, & de portis tribulariomum quæ circumdederunt me, & in medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata,& a verbo mendatii,& a rege iniquo,& a lingua iniuſta . Laudabit vſque ad mortem anima mea dominum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circundederunt me vndique & non erat qui adiuuaret . Reſpiciens eram ad adiutorium hominũ & non erat. Memoratus ſum miſericordie tuę quæ a ſeculo ſunt; quoniam eruis ſuſtinentes te domine :

¶ *Et flexis genibus ſubiungat.*

℣. Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

℟. Quoniã audiſti omnia uerba oris mei.

## ORATIO.

CLementisſime domine Deus noſter, cuius miſericordia plena eſt terra, qui ſe-

qui ſecundum magnam miſericordiam tuam Abraam de ur Caldeorum, Sanſonem a Filiſteis,& Danielem de lacu leonum mirabiliter liberaſti: Secundum quam, etiam reſpicere dignatus es de ſancta ſede magnitudinis potentiæ tuæ ſuper hanc facturam tuam & eam a Caldeis, Filiſteis,& Leonibus infernalibus liberare; largire queſumus propitius nobis, ut pro tanti tuæ gratiæ beneficii accepti, in gratiarum ſemper actione maneamus: Et præſta ut effugiant ita de mente & anima huius facturæ immundorum ſpirituũ preualentes tentationes, ſicut de corpore credimus effugiſſe; omnemque nefariam uim Diaboli; omnemque figuram fantaſmatis Sathanæ ab ipſa, & a nobis procul pellere,& Spiritum tuum donare digneris, ut ueniens iterum Diabolus, non domum noſtram inueniat ſcopis mundatam & ornatam,& aſſumens ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe in nobis habitet, fiantque nouiſsima peiora prioribus, ſed aſſiſtricem gratiam tuam in nobis comperientes, timeant, confuſi fugiant, & victi recedant. Per te Patrem ęternum, qui liberatorem miſſiſti dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui uerè languores

guores nostros tulit, & tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus Sancti, in secula seculorum. Amen.

## POSTEXORCIZATIO QVINTA, Quæ est Benedictio personæ liberatæ.

Psal. 66. DEus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Letentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate, & gentes, in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantnr tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto &c.

℣. Hic accipiet benedictionem a domino.

℟. Et misericordiam a Deo salutari suo.

## ORATIO.

DOmine Deus, cælestium benedictionũ largus infusor, qui manum tuam aperis & imples omne animal benedictione, aperi quesumus benedictionũ tuarum efficacissimam abundantiam super hanc creaturam tuam, sanguine Iesu Christi filii tui domini nostri redemptam, quam etiam pietati tue a Dæmonio placuit liberare & ipsam benedicere †, & sanctificare digneris, ne vlla in ea potestas inimici remaneat, terror aliquis, siue infestatio; nec amplius in incantationes, artes, vel facture Dæmonum, hominum, siue mulierum locum habeant occupandi, sed da signum in faciem eius, vt inimici uisibiles & inuisibiles uidentes timeant, cognoscentes contremiscant, & intelligentes misterium paueant; confundantur, fugiant, & recedant, ut creatura hæc tuæ benedictionis gratia confirmata, liberius scrutetur mandata, tua, & exerceatur in iustificationibus tuis semper. Per te verum Deum omnium, cui benedictio competit, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio; honor, virtus, & fortitudo, in secula seculorum. Amen.

¶ *Et conuersus ad personam liberatam dicat.*

*Psal. 143.* Benedicat tibi dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram. †

6

# POSTEXORCIZATIO SEXTA, Quæ modus dicitur liberationis a Dæm. incubis & succubis.

*Nouem sunt quæ ualent ad Dæm. Incub. & succ. pellendum.*

¶ *DIuina non desunt remedia, adiumentaque humana pro Dæmonibus incubis & succubis pellendis, quæ etsi multa sint, ad nouem tamen principalia reducuntur. Quorum.*

*Confessio.*

¶ *Primum est Confessio, qua se, uexata persona, toties a peccatis abluat, quoties in peccatum se prolapsam nouerit; uel conscientiæ stimulus inuitauerit; aut determinatè, saltem semel in hebdomada.*

*Eucharistia.*

¶ *2. est Sacratiss. Eucharistiæ comunio, quæ diebus saltem Dominicis, uel etiam cuiusque festiuitatis, celebretur.*

¶ 3. est

¶ 3. est Oratio. Pro qua persoluenda, a Sancta Ecclesia multa comendātur; Sed & Psalmos habes in Præfatione consignatos; Cap.7. Fol.5. Oratio.

¶ 4. est Dæmonis coniuratio, quæ persona uexata presente fiat. Huic autem usui, Exorcismus Exorcizationis 10.Fol.142. mutato plurali in singulari numero, deputabitur; ultima eius tantum parte relicta, qua dicitur; Perque tandem omnium prædictarum &c. Coniuratio.

¶ 5. est uexatæ personæ Benedictio, & erit illa, quæ habetur in tota Postexorc. 5. Fol.160. Tantum in oratione particula mutata, dicitur; Placuit. Hic quamque dicatur; Placeat. Et fiat quotidie a Sacerdote super personam uexatam. Benedictio.

¶ 6. est Excommunicationis siue Maledictionis in Spiritum malum latæ. Excommunicatio, autem huiusmodi siue maledictio commodè haberi poterit in Postexorc.3. Fol.155. post Letanias eiusdē Postexorci. Ibi initium sumendo; Ego minister & seruus Dei &c.Ibiq; inclusæ Maledictio.

uè, terminando; Et in secula seculorum. Amen. Mutato tamen plurali in singulari numero.

*Locorum ciuitatis mutatio.*

¶ 7. est locorum permutatio. Videlicet de domo in domum, ad inhabitandum; de ciuitate in ciuitatem; & huiusmodi.

*Radices Tussilaginis.*

¶ 8. Tale est; ℞. Radicum Tussilaginis maioris, in puluerem contrictarum, duarum Drachmarum pondere, & sumatur puluis in uino, atque deinde sudare cogetur patiens persona.

*Grana Paeoniae.*

¶ Et 9. tale est; ℞. Quindecim granorum nigrorum Pæoniæ feminæ, redigaturque in puluerem, & ex uino mulso sumantur.

7

## POSTEXORCIZATIO SEPTIMA, Quę ordo dicitur domum a Dæmonæ perturbatam liberandi.

*Quomodo liberetur domus a Dæm. uexata officio hebdomario.*

¶ DOmus, quæ dicitur a Dæmonibus a uexari, singulis unius hebdomadæ diebus a Sacerdote uisitetur, & de die in diem procedatur ut infra.

¶ Die

*Die Lunæ cum Sacerdos ad Ianuam domus peruenerit, clausa Ianua dicat iuxta ipsam, stando.* *Officium die Lunæ.*

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio & nunc & semper & in secula seculorum Amen.

DOmini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fudauit eum, & super flumina preparauit eum. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus:& mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam a Deo salutari suo. Hæc est generatio quęrentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. Attollite portas principes vestras & eleuamini portæ æternales, & introibit *Psal. 23.*

rex glorię. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus ſortis & potens, dominus potens, in prælio, Attolite portas principes ueſtras,& eleuamini portæ ęternales, & introibit rex gloriæ . Quis eſt iſte rex glorię? Dominus virtutem ipſe eſt rex gloriæ. Gloria Patri &c.

℣. Introibo in domum tuam.
℟. Adorabo ad templum ſauctum tuum in timore tuo .

## ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti ſamulis tuis in confesſione verę fidei æterſiæ Trinitatis gloriam agno ſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem, queſumus, ut eiuſdem fidei ſirmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis: Per Chriſtum dominum noſtrum. Et ſupplices te rogamus, ut ſicut Ezechia Rege ſuadente, opere ſanctificatorum Sacerdotum & Leuitarnm, ualuas aperiri, & domum tuam mundari uoluiſti; ita miniſterio noſtro, domum hãc a Dæmonibus perturbatam liberare digneris: Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi-

cum viuit & regnat in Vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Die Martis, Seruatis, eo modo & forma, omnibus diei Lunæ deputatis; Verſiculo orationis, & oratione excepta; Cum peruenerit ad finem Verſiculi ultimi .s. Sicut erat in principio &c. Pſalmi Domini eſt terra &c. Aperiatur Ianua domus, & Sacerdos in eius limine dicat.*

Lectio libri Regum.

PHiliſtiim tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt eam a lapide adiutorii in Azotum. Tuleruntque Philiſtiim arcam Dei, & intulerunt eam in templo Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cumque ſurrexiſſent diluculo Azozii altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra, ante aecam domini. Et tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum, Rurſumque mane die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuã in terra, coram arca domini. Caput autem Dagon, & due palmæ manuum eius abſciſæ erant ſuper limen. Porrò Dagon

*Officium die Martis.*
1. Reg. 5.

ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius ſuper limen Dagon in Azoto, uſque in hodiernum diem.

℣. Eſto mihi in Deum protectorem & in domum refugii.
℟. Vt ſaluum me facias.

ORATIO.

DEus, qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumque diſpenſas, concede propitius, vt quibus, tibi miniſtrantibus in cælo ſemper asſiſtitur, ab his in terra uita noſtra muniatur: Per Chriſtum dominum noſtrum. Et clemens adeſto, ut ſicut Salomon cepit in uſum maieſtati tuæ, in Moria monte demonſtrato Dauid Patri ſuo, domum conſtruere, ita ex hac domo, Sanctorum angelorum opere, expulſo Dæmone; pacificè in uſum hominum cadat: Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

¶ *Die Mercurii omnibus pro die Lunæ, & Martis diſpoſitis, eo modo ſeruatis;*

*exceptis Versic. Orationis, & Oratione diei Martis; in primo domus introitu siue ambitu, dicat.*

Lectio Danielis Prophetæ,

VEnit Rex cum Daniele in templo Belis. Et dixerunt Sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu Rex pone escas & uinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo. Et cum igressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta a Bel, morte moriemur, uel Daniel, qui mentitus est aduersum nos. Confidebant autẽ quia fecerunt sub mensa abscõtum in troitum, & per illum ingrediebãtur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & Rex posuit cibos ante Bel, precepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem. Et Et cribrauit per totum templum coram Rege, & egressi clauserunt ostium, & signantes anulo Regis, abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores & filii eorũ, & comederunt omnia, & biberunt, surrexit autem Rex primo diluculo, & Daniel cum eo Et ait Rex: Salua ne sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salua Rex.

*Officium diei Mercurii. Dan. 14.*

Statimq;

Statimq; cum aperuisset ostium: intuitus rex mensam exclamauit uoce magna. Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel, & tenuit Regē ne ingredererur intro, & dixit: Ecce pauimentum, animaduerte cuius uestigia sunt hæc? Et dixit Rex: Video uestigia uirorum ac mulierum, & infantium; Et iratus est Rex. Tunc apprehendit Rex Sacerdotes & uxores, & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola per que ingrediebantur & consumabant quæ erant super mensam, occidit ergo illos Rex, & Bel tradidit in potestatem Danielis, qui subuertit eum, & templum eius.

V. Beati qui ambulant in domo tua domine.

R. In secula seculorum laudabunt te.

## ORATIO.

DEus, cuius dextera Beatum Petrum in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propitius & concede, ut am-

borum

borum meritis, ęternitatis gloriam con-sequamur. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia Secula seculorum. Atque domum hanc benignè respicere digneris, quam a Dæmonio nouimus molestatam; ut sicut in Hierusalem, expleto templo & oratione Salomonis, gloria tua, Domum tuam, coram filiis Israel impleuit; ita coram nobis, a te, ministerio nostro, domo ista purgata, in ipsa & in nobis gloriosus appareas. Per te eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto uiuis & regnas in secula seculorum. Amen.

¶ *Die Iouis; seruatis quibuscunque seruandis, dimissisq; dimitendis; ut de die Lunae, Martis, & Mercurii suis locis deducitur, ac etiam Versiculis, & oratione diei Mercurii pretermissis, mediam partem domus uisitet, dum dicit.*

Lectio libri Iob.

DIxit dominus ad Iob: Ecce Behemoth quem feci tecum, fenum quasi bos comedet. Eortitudo eius in lumbis *Officium diei Iouis. Iob. 40.*

bis

bis eius,& uirtus illius in umbilico uen
tris eius.Stringit caudam ſuam quaſi ce-
drum , nerui teſticulorum eius perplexi
ſunt.Oſſa eius ue'ut fiſtulæ æris,cartilla--
go illius , quaſi lamine ferreæ . Ipſe eſt
principium uiarum Dei . Qui fecit eum
applicabit gladium eius,huic montes her
bas ferunt . Omnes beſtię agri ludunt
ibi,ſed in umbra dormit,in ſecreto cala--
mi,in locis humentibus. Protegunt um-
bre umbram, illius circundabunt eum ſa
lices torrentis.Ecce aſorbebit fluuium &
mirabitur,&habet fiduciam quod influat
Iordanis in os eius , In oculis eius quaſi
hamo capiet eum,& in ſudibus perfora-
bit nares eius.An extrahere poteris Le--
uiathan hamo, & ſune ligabit linguam e-
ius ? Nunquid pones circulum in nari--
bus eius , aut armilla perforabis maxillas
eius ? Numquid multiplicabit ad te pre
ces,aut loquetur tibi mollia ? Nunquid
feriet tectum pactum , & accipies eum
ſeruum ſempiternum ? Nunquid illudes
ei quaſi aui,aut ligabis eum ancillis tuis?
Concident eum amici,diuident illum ne
gociatores ? Numquid implebis ſagenas
pelle eius,& gurguſtium piſcium capite
illius? Pones ſuper eum manum tuam.

Memen-

Memento belli, nec ultra addas loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & uidentibus cunctis precipitabitur.

V. Domine dilexi decorem domus tuæ.

℟. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

ORATIO.

DEus, qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere: Per Chriſtum dominum noſtrum. Atque concede nobis famulis tuis, vt ſicut domus tua, te in ſolio excelſo ſedente, gloriæ tuæ repleta eſt fumo, ita te aſſiſtente domus hæc tua gratia repleatur, ad omne opus Diaboli repellendum: Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Die Veneris, uſu præmiſſo omnium eorum quæ habentur die Lunæ, Martis, Mercurii, & Iouis, aliorumque, ut ibi oſtenditur, dimiſſo; ſimul cum Verſiculis O-*

*lis Orationis , & Oratione , ut in aliis diebus, per totam domum descendens , & ascendens, dicat .*

Lectio Sancti Euangelii secundum Lucam :

Officium diei Veneris. Luc. 4.

SVrgens Iesus de Sinagoga , introiuit in domum Simonis . Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus , & rogauerunt illum pro ea . Et stans super illam imperauit febri , & dimisit illam , & continuo surgens ministrabat illis . Cum sol autem occidisset , omnes qui habebant infirmos uariis langoribus ducebant illos ad eum; at ille singulis manus imponens , curabat eos, Exibant autem Dæmonia a multis clamantia & dicentia; & quia tu es filius Dei : Et increpans non sinebat ea loqui , quia sciebant ipsum esse Christum.

V. Elegi abiectus esse in domo Dei mei .

R. Magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

ORA-

## ORATIO.

DEus, qui unigeniti filii tui precioso sanguine uiuificæ crucis uexillum sanctificare uoluisti concede quesumus; eos qui eiusdem sanctæ crucis gaudem honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eundem Christũ dominum nostrum. Et largire digneris, ut ita in domo hac clementer assistas, ad fraudes Diabolicas uertendas, sicut etiam secundo, Salomoni Regi, in domo tua per ipsum expleta, benignè apparere uoluisti; Per eundem etiam dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Die Sabbati, commissis omnibus in die Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, & Veneris, dispositis; aliisque, ut notula in illis locis declaratur, simul cum Versiculis Orationis, & Oratione omissis; totam domum perquirens, dicit.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Marcum.

Spi-

## EXPVLSIO

*Officium diei sabbati: Mar. 3.*

SPiritus immundi cum Iesum uidebant, procidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et uehementer comminabatur eis, ne manifestarēt illum. Et ascendens in montem. uocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum Et fecit ut essent duodecim cum illo, & mitteret illos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmos, & eiiciendi Dæmonia.

V. Passer inuenit sibi domum.

R. Et Turtur nidum ubi reponat pullos suos.

## ORATIO.

COncede nos famulos tuos, quesumus domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & glorosa beatæ Mariæ semper uirginis intercessione, a presenti liberari tristitia, & æterna perfrui letitia: Per Christum dominum nostrum. Atque nobis supplicibus presta, ut sicut Sacerdotibus de Sanctuario exeuntibus, nebula gloriæ tuæ totam domum tuam impleuit, ita domum hanc nobis introeuntibus, gratia tua collustret, ut omni uirtute Diabolicę uexationis sublata,

blata, ſit habitaculum hominum omni benedictione repletum: Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Die Dominico, cum Sacerdos in ampliori, ſiue nobiliori loco domus extiterit, Exorciſmum hunc contra perturbatores Dæmones dirigat dicendo.*

EXorcizo vos Dæmones, qui hanc hominum habitationem temere inuadere, & habitatores ſuos moleſtiſſime inquietare preſumitis, per Deum trinum & vnum, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo; Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui manens quod erat, ſe fecit hominem de ſpiritu ſancto conceptum, & ex virgine natum; quiq; pro nobis, cum multa ſubſtinuiſſet penalia, diræ crucis tormentum pertulit, in qua etiam inclinato capite emiſit ſpiritum, vt nobis vitam æternam, in futuro ſeculo, & in preſenti multiformem gratiam acquireret;

*Officium diei Dominicæ. Pſal. 8.*

ret; Per omnem gratiam nobis acquisitam; Per gratiam Fidei, quæ in Baptiſmo confertur; & Fortitudinis in confirmatione ſicut Charitatis, in Euchariſtia; Iuſtitiæ, in pœnitentia; Spei, in Vnctione extrema; Temperantiæ, in Matrimonio; Atque Prudentiæ, in ordine ſacro; Et per omnes ſanctos & ſanctas Dei, qui gloria nunc perfruuntur æterna atque per omnia ipſorum merita, ut hinc preſſumptam poteſtatem veſtram remoueatis, nec in ipſam amplius permanere, aut habitatores ſuos moleſtare valeatis.

*Quotuplicē nobis Chriſtus gratiam meruerit.*

¶ *Exorcizet deinde totam domum dicendo.*

EXorcizo te domum in vſum humani generis extructam, per Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, Deum omnipotentem, qui domum totius mundi pro homine condidit, & omnia quæ in ipſo ſunt ſub pedibus eius ſubiecit; Et per Chriſtum dominum noſtrum, omnium gratiarum fons, & origo virtutum; per paupertatem maximam eius, qua ſecure dicere potuit; Vulpes, foueas habent

*Octo beatitudines Chriſtus in ſe cōpleuit.*

habent & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum: Per mansuetudinem eius, ipso de illa dicente; Discite a me quia mitis sum, & humilis corde: Per fletum compassionis eius, quo uidens ciuitatem Hierusalem, fleuit super illam dicens; Quia si cognouisses et tu: Per famem & sitim iustitię eius, cuius meminit dicens; Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis est: Per misericordiam eius, cuius impulsu dixit; Misericordiam uolo & non Sacrificium: Per munditiam cordis eius, de qua dicere potuit; Sancti estote quoniam ego Sanctus sum: Per pacem quam semper amauit sicut tandem ostendit cum diceret; Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: Et per persecutionem quam passus est propter iustitiam, cuius testatur dicens; Si me persecuti sunt & uos persequentur: Atque per sanctos Apostolos eius, & ipsorum effusum sanguinem; Omnesq; sanctos & sanctas Dei, ut benedicaris & sanctificeris, & talem in te desuper a Deo, ministerio nostro, virtutem accipias, vt sis malis spiritibus in nouum infernum, fornacemq; ardentissimam horroris

*Luc. 9.* *Matt. 11.* *Luc. 19.* *Ioan. 4.* *Matt. 9.* *Leui. 19.* *Ioan. 14.* *Ioan. 15.*

roris æterni, ita vt fugiant ex omni latibulo tuo teq; omnimodè liberam relinquant, pro tranquilla hominum cohabitatione, & Deo semper reddenda gratiarum actione.

¶ *Quibus expletis, benedicat domum, ut sequitur.*

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedixit domui Israel.
℟. Benedixit domui Aaron.

2. *Mac.* 14. TV domine vniuersorum, qui nullius indiges, uoluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis: Et nunc Sancte Sanctorum omnium domine conserua in æternum impolutam domum istam quæ nuper mundata est, & concede nobis abundantiam pietatis tuæ ut domus hæc benedicatur †, & a te sanctificetur †, opere ministerii nostri, ut sit malorum Dæmonum abdicatio, tuorum Christifidelium protectio, munda sanctorum Angelorum habitatio, & tuę semper assistentię digna possessio. Per dominum

minum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, & uenturus est iudicare uiuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

¶ *Tunc imago Crucifixi Iesu Christi domini nostri erigatur in loco patenti nobilioris siue principalioris mansionis domus. Deinde aspergat Sacerdos aqua benedicta totam domum, a summo usque deorsum, dum dicit.*

Lectio Sancti Euangelii secundum Lucam.

EGressus Iesus, perambulabat Hierico. Et ecce vir nomine Zacheus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues, & querebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborem Sicomorum, ut uideret illum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus, uidit illum, & dixit ad eum: Zachaee, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum vi- *Luc. 19.*

derent, omnes murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset, Stans autem Zacheus dixit ad Iesum. Ecce, dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & siquid aliquem defraudaui, reddo qnadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abraæ. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat.

¶ *Quibus omnibus peractis habeatur Alyssum, quod genus plantæ est, & facto super ipsum signo crucis ✝, appendatur in quattuor angulis domus.*

¶ *Idem quoque facto de Ramno virgo, siue Marruca; ualuis, finestrisq; imponantur rami eius.*

Repulsio tempestatis

## POSTEXORCIZATIO OCTAVA. Quæ repulsio dicitur tempestatis a Dæmonibus excitatæ.

¶ *Genibus flexis Sacerdos, & qui tempore iminentis tempestatis cum ipso erunt, dicant Litanias sequentes.*

# LITANIE.

KYrie eleison. ℟. Kyrie eleison.
Christe eleison. ℟. Christe eleison.
Kyrie eleison. ℟. Kyrie eleison.
Pater de cælis Deus. R. Miserere nob.
Fili redemptor mundi Deus. ℟. Mis. nob.
Spiritus Sancte Deus. ℟. Mise. nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus. R. Mis. nobis.
Sancta Maria. ℟. Ora pro nobis. *De Maria Virgine dicta notabilia.*
Maria mater. ℟. Ora pro nobis.
Mater & Virgo. ℟. Ora pro nobis.
Virgo virginum. R. Ora pro nobis.
Virginum Speculum. R. Ora pro nobis.
Speculum domini. R. Ora pro nob.
Domini domus. R. Ora pro nobis.
Domus immaculata. R. Orate pro nobis.
Immaculata sedes. R. Ora pro nobis.
Sedes Sapientiæ. R. Ora pro nobis.
Sapientiæ Arca. R. Ora pro nobis
Arca altissimi. R. Ora pro nobis.
Altissimi templum. R. Ora pro nobis.
Templum animatum. R. Ora pro nobis.
Animatum tabernaculum. R. Ora pro nobis.
Tabernaculum Dei. R. Ora pro nobis.
Dei ancilla. R. Ora pro nobis.

Ancilla, & Regina. R. Ora pro nobis.
Regina Sanctorum omnium. R. Ora pro nobis.
Omnes Sancti beatorum spirituum ordines. R. Orate pro nob.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophete. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Apostoli, & Euangelistæ. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Discipuli Domini. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Innocentes. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Martires. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Pontifices, & Confessores. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Doctores. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Sacerdotes, & Leuitę. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitę. R. Orate pro nobis.
Omnes Sancte Virgines, & Viduę, R. Orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctę Dei. R. Orate pro nobis.

Propitius

Propitius esto. R. parce nobis Domine.

Propitius esto. R. Exaudi nos Domine.

Ab ira tua R. Libera nos domine.

Ab insidiis Diaboli. R. Libera nos Domine.

A fulgure, & tempestate. ℟. Libera nos domine.

Per natiuitatem tuam. R. Libera nos domiue.

Per crucem & passionem tuam. R. Libera nos Domine.

Per mortem, & resurrectionem tuam. R. lib. nos. Dom.

Per admirabilem escensionem tuam R. Lib. nos Dom.

Peccatores. R. Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas. R. Te rogamus audi nos.

Vt nosmetipsos in tuo Sancto seruitio cõfortare, & conseruare digneris. R. Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare & conseruare digneris. R. Te r. a. n.

Fili Dei. R. Te r. a. n.

Kyrie eleison. R. Kyrie eleison.

Christe

Christe eleison. ℟.Christe eleison.
Kyrie eleison. R.Kyrie eleison.

*¶ Hic surgat solus Sacerdos, & dicat.*

V.Expectabam Deum.
R.Qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate.
V. Persequeris illos in tempestate tua.
R. Et in ira tua turbabis eos.
V. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.
R. Neque urgeat super me puteus osunm.

## ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in maiestate tua ascendis super Cherubim, & uolas super pennas uentorum, sicut aliquando infremitu tuo ponis tenebras latibulum tuum in circuitu tuo, & tabernaculum tuum tenebrosam aquam in nubibus aeris; Miserere, miserere nostri; placare, placare domine; parce, parce populo tuo, & aereas que

sumus

ſumus diſcedat malignitas tempeſtatum, ut ſicut iuſtè pro peccatis noſtris afflictio nis periculo iminentis affligimur, ita miſericordia tua preueniente clementia ſentiamus. Et ſi forſitan opere Diabolico hæc concitantur contra maieſtatem tuam, quæ producit in montibus fenum & her bam, ſeruituti hominum; Et aduerſus naturam ipſam, terræ naſcentia producentem, qua liberaliſſimè operaris in om nibus; atque in tuorum Chriſtiſidelium detrimentum; intona queſumus de cælo altisſime; da contra ſpiritalem nequitiam uocem tuam, grandinem, & carbones ignis; mitte ſagittas tuas, & eam diſſipa; fulgura multiplica & conturba eam; ut cognoſcat te rectorem omnium eſse, qui temperas rerum uices, nunc & in perpetuum. Amen.

¶ *Tunc omnes quoque ſurgentes, exorcizet, Sacerdos, conuerſus ad nubes, Dæmones concitantes, & dicat.*

EXorcizo uos ſceleſtisſimos Dæmones qui naturalia principia &aereas impresſiones; ex quibus mortalibus om nibus diuerſimodè beneficia operatur

Deus,

Deus, ausi estis in consumationem nequitiæ uestræ conuertere, uentos concitantes, uapores congregantes, nubes componentes, & grandines condensantes, per Deum Patrem omnipotentem †, per dominum Iesum Christum Filium eius unigenitum †, per sancta nomina eius .s. uerbum, Emanuel, Iesus, Christus, Rex regum, Dux in misericordia, Princeps pacis, Vir oriens, Dominus iustus; Legifer, Magister, Filius, Primogenitus, Vnigenitus, Puer nobis datus, Mediator, Pontifex, Sacerdos in æternum, Caput Ecclesiæ, Os domini, Redemptor mundi, Sponsus Ecclesiæ, Propheta magnus, Medicus animarum, Pastor bonus, Angelus testamenti, Leo de Iuda, Vitulus saginatus, Ouis occisionis, Agnus Dei; Atque per Spiritum Sanctum dominum & uiuificàntem, qui ex Patre Filioq; procedit †: Exorcizo uos per gloriosam uirginem Mariam, quæ Vas auri solidum dicitur, Pelles Salomonis, Lilium inter spinas, Virga de Iesse, Virgula fumi, Fons signatus, puteus aquarum, amicta Sole, pulchrior Luna, & stella Maris; Exorcizo uos per omnes illos, in quibus Deus mirabilis & gloriosus apparet, siue in celestibus Hierarchiis, siue terrestribus

*Iesu Christi nomina.*

bus

bus ordinibus, quatenus inceptum opus relinquentes, grandinem dissoluatis, nubes destruatis, uapores dispergatis & uentos cohibeatis, per eundem, qui ęqualem non habet in nubibus, nec in filiis dei similem, & uiuit, & regnat semper. Amen.

¶ *Quibus finitis, sit ignis magnus paratus in patenti loco, & copiose receptis.*

Sabinæ,
Hipericonis,
Palmæ Christi,
Arthemisiæ,
Verbenæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Ruthæ,
Aster attici,
Sulphuris, &
Assa fetidæ :

¶ *Et super hæc omnia signo crucis facto ✝, proiiciantur in ignem, dum Psalmus sequens dicitur, siue (si fieri potest) cantatur.*

Laudate

Psal. 134. LAudate nomen domini, laudate
serui dominum Qui statis in domo
domini,in atriis domus Dei nostri Lauda
te dominum , quia bonus dominus;psal-
lite nomini eius, quoniam suaue est .
Quoniam Iacob elegit sibi dominus , Is-
rael in possessionem sibi. Quia ego cogno
ui quod magnus est dominus , & Deus
noster præ omnibus diis. Omnia quæcun
que uoluit dominus fecit in cęlo & in
terra, in mari & in omnibus abissis . E-
duces nubes ab extremo terræ, fulgura
in pluuiam fecit.Qui producit uentos de
thesauris suis, qui percussit primo genita
AEgypti ab homine usque ad pecus.Et-
misit signa & prodigia in medio tui Ae-
gipte,in Pharaonem & in omnes seruos
eius.Qui percussit gentes multas,& occi-
dit reges fortes.Seon regem Amorreorũ,
& Og regem Bassan, quoniam in æternũ
misericordia eius.Et dedit terram eorum
hæreditatem, Israel populo suo . Domine
nomen tuum in æternum , & memoria
le tuum in generatione, & generationem.
Quia iudicabit dominus populum suum,
& in seruis suis deprecabitur . Simulacra
gentium argentum , & aurum,opera ma-
nuum hominum . Os habent & non lo-
quentur

quentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino Domus Leui benedicite domino qui timetis dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex Sidn, qui habitat in Hierusalem. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut era &c.

FINIS EXPVLSIO.

INDEX I.

# INDEX I.

## PRINCIPALIVM PARTIVM EXPVLSIONIS Dæmonum secundum ordinem ipsarum.

In Præfatione.

DE omnibus in Præfatione ordinatè tractandis. 1.
De firmitate fidei quæ requiritur in Exorcista. 2.
De puritate conscientiæ ab Exorcista sectanda. 2.
De auaritia ab Exorcista vitanda. 3.
De vana gloria ab Exorcista fugienda. 4.
De duplici ieiunio, a Dæmoniaco seruando. 4.
De oratione Dæmoniaci, in Deum & Sanctos dirigenda. 5.
Quare Diabolus humana corpora aggrediatur, & ingrediatur. 5.

Quomodo cognoſcatur an quis ſit Dæmoniacus. 6.
Quomodo, & quid ſit à Dæmonibus petendum. 8.
Quomodo per nomen principalis Spiritus obſidentis, cognitio potiſſima liberationis obſeſſi deprehendatur. 9.
Quomodo cognoſcatur an aliquis ſit ab obſeſſu Diabolico liberatus. 10.
De natura Dæmonis ex his quæ colliguntur à Magiſtro ſententiarum cognoſcenda. 12.
De natura Dæmonis ex his quæ à diuerſis referuntur. 13.
Quomodo per ſenſus Tactus, viſus, Odoratus, & Guſtus excrucietur Diabolus. 14.
De audibilium uſu in eiectione Diaboli habendo, & de ipſorum ordine. 15.

In Præxorcizationibus.

GEneralis confeſſio Exorciſtæ. 18.
Dæmoniaci, & aſtantium confeſſio. 20.
Diuini auxilii poſtulatio. 21.
Proteſtatio Dæmonibus patefacienda.

da. 23.
Concitatio Dæmonum. 25.
Stollæ vſus, & iuramentum Dæmoni dandum. 29.
Modus Dæmones interrogandi. 30.

In Exorcizationibus.

PRima quæ eſt ex ſanctis nominibus Dei. 34.
Secunda ex omnium Sanctorum ordine. 43.
Tertia eſt ex præcipuis animaduerſione dignis Sanctorum Angelorum. 52.
Quarta ex actibus vitæ glorioſæ virginis Mariæ. 62.
Quinta ex geſtis domini Noſtri Ieſu Chriſti. 73.
Sexta ex prærogatiuis virtutum. 84.
Septima ex inſtitutis venerand. Sacramentorum. 99.
Octaua ex precipuis S. Eccleſiæ Dogmatibus. 112.
Nona ex miſterijs Sanctiſſimæ Trinitatis & vnitatis Dei. 127.
Decima ex lib. Apocalip. beati Ioannis Apoſtoli. 137.

# INDEX PARTIVM.

In Postexorcizationibus:

Præceptum faciendum egressis spiritibus. 148.
Præceptum faciendum spiritibus in corpore remanentibus. 150.
Maledictio contra nimis obstinatos Dæmones. 152.
Gratiarum actio pro persona liberata. 159.
Benedictio personæ liberatæ. 160.
Modus liberationis a Dæmonibus Incubis & Succubis. 161.
Ordo liberandi domum a Dæmonibus perturbatam. 162.
Repulsio tempestatis, a Demonibus excitatæ. 171.

# INDEX II.
## NOTABILIVM
### PRO EXORCISTIS, in Præfatione, & toto opere contentorum.

ABsolutio Dæmoniaci, & astantium. 21.
Ascendere si neglexerit uocatus spiritus quid sit agendum. 29.
Auaritiam uitet Exorcista. 3.
Audibilibus fugatur Diabolus. 15.

BEnedictio ad Dæmones incubos & succubos pellendum. 162.
Benedic anima mea domino &c. Psal. 103. 52.
Benedictio Ignis noui pro suffumigationibus. 157.
Benedictio suffumigationis horribilis. 158.

CAmpanellę usus quando sit habendus. 16.
Causę multę sunt obsessionis. 5.
Compendium Præfationis. 1.
Confessio Dęmoniaci. 20.
Confessio Sacramentalis, & Coniuratio sunt contra Dæmones incubos & succubos. 161.
Confitebor tibi domine in toto &c. Psal. 137. 137.
Confitebor tibi domine Rex. &c. Eccl. 51. 159.

DEus misereatur nostri &c. Psal. 66. 21. & 160.
Deus quis similis erit tibi &c. Psal. 81. 24.
Deus ultionum dominus &c. Psal. 93. 35.
Domini, est terra, & plenitudo &c. Psal. 23. 163.
Domine audiui auditionem tuam &c. Habac. 3. 26.
Domine Deus Rex omnipotens &c. Hest. 13. 22.
Domine quid multiplicati. Psal. 3. 84.
Dixit dominus domino meo &c. Psal.

Psal. 109. 127.
Dicta iniuriosè contra Diabolum. 97. 137. 147. & 154.

Egressus Iesus parambulabat &c. Luc. 19. 169.
Errores contingentes in petitionibus Dęmoni faciendis. 8.
Error non erit in petitionibus, duobus seruatis. 8.
Eucharistię comunio valet ad Dæmones incubos & succubos repellendum. 161.
Excomunicatio valet ad Dæm. incubos & succubos repellendum. 162.

Fides requiritur in Exorcista: 2.
Finis artis Exorcisticæ. 8.
Fumo repelluntur Diaboli. 15.

Gloriam inanem vitet Exorcista. 4.

Historia Dæmonis quodamodo, natura, & proprietates. 12.

IEiunium duplex a Dæmoniaco ser-
u etur. 4.
Imago Dæmonis principalis in corpore existentis est depingenda. 152.
Imago Dęmonis qua forma comburatur. 158.
Inclina domine aurem tuam &c. Psal. 88. 99.
Incubi,& succubi Dæmones, nouem remediis repelluntur. 152.
Infirmi cauendum est ne credantur Dæmoniaci. 6.
Intercessio Sanctorum postuletur. 5.
Introductio Exorcizationum. 34.
Inuocatur diuinum auxilium contra Dæmones. 22.
Iuramentum Dæmoni dandum. 29.

LAudate nomen domini &c. Psal. 134. 175.
Liberationis obsessi causæ. 2.
Ligantur spiritus in qua parte corporis Exorcista decreuerit. 150.

MAgnificat anima mea &c. Luc. 1. 62.

Male-

Maledicuntur Dęmones in omni parte corporis,& in omni loco mundi. 155. A. & omni maledictione quæ habetur in Sacra scriptura. 156.

Miserere mei Deus secundum &c. Psal. 50. 19.

Misericordias domini &c. Psal. 88. 43.

Monendus de quibus sit Dæmoniacus. 6.

Munera quomodo recipere possit Exorcista. 4.

Mutatio locorum valet ad Dæmones Incubos & succubos repellendum. 162.

NOmen Dæmonis principalis, in corpore existentis, est scribendum. 152.

Nomen Dæmonis reuelatum si famosum fuerit, vel non, quid sit agendum. 10.

Nomen aliquando est spiritibus imponendum. 10.

Nomen hoc, Exorcista. Quid significet. 16.

Nomina Dæmonis quæ habentur in

sacra

ſacra Scriptura. 97.
Nomine eodem quare diuerſi ſpiritus uocentur .
Notabilia multa. 12.13.14.

OFficium hebdomadarium pro liberatione domus a Dæmonibus vexatæ. 162.
Oratio Dæmoniaci. 5.
Oratio valet ad Dęmones incubos, & ſuccubos pellendum. 162.
Organorum vſus quando ſit habendus. 16.

PEccatum. linquere debet Exorciſta. 3.
Petitiones Dæmoni ſaciende ſolent eſſe decem. 9.
Petitiones qua debeant fieri forma, 32.
Phytonica puella liberatur ab Apoſtolo. 3.
Precipitur ſpiritibus malis in corpore ne recipiant, & extra exiſtentibus ne prebeant auxilium. 23.
Probabilie ſignum ad cognoſcendũ Dæmoniacum. 7.

Quid

QVid agendum sit si non ascenderit uocatus spiritus. 29.
Qui habitat in adiutorio altiss. &c. Psal. 90. 73.

RAtionale signum ad cognoscendum an quis sit Dæmoniacus. 7.
Reliquie Sanctorum sunt applicande obsessis 25.

SCribendum quomodo sit nomen principalis spiritus obsidentis. 152.
Signa probabilia, rationalia, & Euangelica ad Dæmoniacum cognoscendum. 7.
Sono aliquo diabolus uexatur. 16.
Stola quo Exorcista uti debeat. 29.
Suffumigatio horribilis. 152.

TAngibilib9 Diabolus expellitur. 15.
Termini signãtur malis spiritibus ad comparedum. 26.

VErba mea auribus percipe &c. Psal. 5. 112.
Vexatur quis a Dæmone multis de causis. 6.
Visibilibus excruciatur Diabolus. 15.

# INDEX III.

## PRO THEOLOGIS, ET Concionatoribus precipuè.

AB, nomen Dei. 39.
Adonai, nomen Dei. 41.
Adorandi sunt sancti. 125.
Æquales & innequales in quo virtutes sint. 92.
Æqualitas diuinarum personarum in quo consistat. 133.
Æternus quomodo sit Deus. 134.
Æuiternitate. Angeli quomodo sint perpetui. 61.
Agyos, & Yschiros, nomen Dei. 42.
Agla, nomen Dei. 41.
Alpha, & Omega nomen Dei. 41.
Amoris cũ timore cõparatio. 115.
Angelorũ laudes, & appropriata. 55.
Angelorum ordo in quo alios excedat. 59.
Angelus quid sit. 57.
Appropriata diuinis personis quotuplicia sint. 135.

Aposto-

Apostolica est Ecclesia. 118.
Apostolorum laudes. 46. & 49.
Archangelornm ordo in quo alio excedat. 59.
Articuli fidei quot & quales sĩt. 122.
Augentur virtutes & quomodo. 92.
Autoritas Ecclesiæ qua is sit. 119.

BAptismus quid sit. 109.
Bar, nomen Dei. 39.
Bone sunt virtutes diuersimode. 90.
Bonũ homini Deus ẽ multipliciter. 87.
Bonum quotuplex sit. 89.

CAdos, nomen Dei. 41.
Canonizatio Sanctorum, ad summũ Põtificẽ ptinens quare fiat. 123
Cardinales virtutes differũt ĩter se. 95
Character Sacramentorum, & Ornatus qualia sint. 108.
Charitas quid sit, eius effectus, & comparatio. 96.
Cherubĩ ordo ĩ quo alios excedat. 58
Christi Domini nostri appropriata, & laudes. 74.
Claues Eccle. quot, & quales sĩt. 119.
Cognitio Angelorũ quotuplex sit. 59.
Commendabiles sunt virtutes. 90.
Comu-

Comunia oĩum Sacramentorũ. 111.
Conditiones ad virtutem requisite. 91.
Connex sunt virtutes. 92.
Confirmatio quid sit. 109.
Confiteor tibi Pater &c. Matt. 11. Declaratiuè percurritur. 18.
Confirmatio bonorum Angelorum quotuplex sit. 60.
Cõfessionis generalis ordo. 18. & 20.
Confessorũ Sanctorũ laudes. 47. & 50.
Conueniunt Theologicæ virtutes cũ Cardinalibus. 94.
Creauit Deus omnia. 136.
Custodiunt angeli homines diversimodè. 60.

DE Deo dicta multa notabilia. 37. 48. 56. 66. 76. 85. 87. 100. 114. 153.
Diabolus diuersis assimilatur. 127.
Diabolus qualis factus sit propter peccatum. 62.
Differũt Theolo. virtutes a Cardi. 94.
Differunt virtutes, & in quibus. 93.
Dignitas virtutũ pẽdet a quatuor. 89.
Diuersificãtur ĩter se Sacramẽta. 107.
Diuinarũ personarũ notabilia. 128.
Diuine psone qũo producantur. 130.
Doctorũ Sanctorum laudes. 47. & 50.

Domi-

Dominationum ordo alios in quo excedat. 58.
Duratura est Ecclesia vsque in finem seculi. 121.

Ecclesia quid, & qualis sit. 117.
Effectus ptincipalis & tomunis, atq; proprius sacramentorum. 108.
Effectus virtutis diuersi. 91.
El, nomen Dei. 40.
Eloha, nomen Dei. 39.
Erare non potest Ecclesia. 119.
Eremitarũ sanctorũ laudes. 47. & 51.
Esse Dei quale sit. 131.
Eucharistia quid sit. 110.
Excellentia Dei quotuplex sit. 134.
Extrema unctio quid sit. 111.

Fides comparatur Charitati. 102.
Fidei effectus & comparatio. 95.
Fides quid sit, eius obiectum quale, & necessitas. 122.
Figurata fuerunt nouę legis Sacramenta. 107.
Figure omnium actuum uitæ & mortis Iesu Christi. 83.
Filius Dei quare a Patre generatur. 132.

Finis

Finis institutionis Sacramentorum quotuplex sit. 106.
Forma Sacramētorum quid sit. 106.
Fortitudo quid sit,& eius effectus. 97.

GRatia Dei specialis duplex, est. 132.
Gratia Dei vnde, quotuplex, & quid sit. 32.
Gratiæ Dei in nobis receptæ ordo, nominis diuèrsitas, & effectus. 33.
Gratiæ Dei sunt effectus multi. 124.
Gratiam quotupliciter Christus nobis mereuerit. 169.

HAia houe ueihe, nomen Dei. 40.
Heheie, nomen Dei. 40.
Hierarchie Angelorum fulgent misterio Trinitatis. 57.
Hierarchie cælestes, & ordines quomodo diuersimodè illuminãtur. 57.

IEhoua, nomen Dei. 40.
Immensus quomodo sit Deus. 137.
Imagines Sanctorum quomodo sint adorande. 126.
Innocentum laudes. 47. & 50.
Incarnatio Verbi conueniens fuit. 136.

Incircumſcriptibilis quomodo ſit Deus. 133.
Incommutabilis quotupliciter ſit Deus. 134.
Incomprehenſibilis quomodo Deus ſit. 133.
Indulgentia quid ſit,& eius in ſcriptura mentio. 120.
Indulgentiarum ualor quantus, & qualis ſit. 120.
Inneffabilis quomodo ſit Deus. 135.
Infinitus quotupliciter ſit Deus. 133.
Initium ſumpſit Eccleſia ab Adam, & Abel. 117.
Inſtitutio Sacramentorum conueniebat Chriſto. 106.
Interceſsio Sanctorũ eſt poſcẽda. 125.
Iuſtificationis cauſe quæ, & quot ſint. 124.
Iuſtificatio triplex. 123.
Iuſtitia quid ſit,& quibus cõſiſtat. 97.
Iuſtitia quomodo Deus vtitur. 136.

LEges humane obligant ad ipſarum obſeruantiam. 121.
Leuitarũ Sanctorũ laudes. 48. & 51.
Loquitur Angelus diuerſimodè. 60.

Maria virgo figurata, & prophetata fuit. 68.
Maria virgo in opere sex dierum creationis significata fuit. 67.
Mariæ virginis actus uitæ discursus, & laudes. 67. & 64.
Mariæ virginis nomina. 151. Et alia notabilia. 172.
Mariæ virginis vitæ actus, cũ Christi vita concomitantiã habuerunt. 71.
Martirũ Sanctorum laudes. 47. & 50.
Materialis causa Sacramentorũ. 106.
Matres virtutum quæ sint, & quomodo generent. 93.
Matrimonium quid sit. 111.
Meritoria causa, Sacramentorũ. 105.
Misericordia qualis sit in Deo. 136.
Monachorum Sanctorum laudes. 47. & 51.

Nomina Angelorum cognita interpretata. 61.
Nomina Dei hebrea multa, grecaq́;. 42
Nomina quæcunque, & quomodocumque de Deo dicibilia. 42.
Nomina multa Iesu Christi domini nostri. 151. &
Nomina multimode de Deo dicibilia.

lia. 134.
Numerus Angelorum est copiosissimus. 60.

OCto beatitudines Christus in se compleuit.
Omnipotentia Dei quotupliciter appareat. 135.
Opera bona valent ad diuersa. 125.
Operatio virtutum est vigorosa. 91.
Oratio dominicalis expositiue percu ritur. 38.
Ornatus Sacramentorum, & Character qualia sint. 108.
Otheos, & Athanatos nomẽ Dei. 42.

PAssio Christi dat efficaciam Sacramentis. 105.
Patriarcharum Sanctorum laudes. 46. & 49.
Patrum antiquorum virtutes. 97.
Perfectio virtutum quotuplex sit. 90.
Pontificũ Sanctorũ laudes. 47. & 50.
Pœnitentia quid sit. 110.
Potestas excellentiæ est in Xp̄o. 105.
Potestatuum ordo alios in quo excedat. 58.
Prælatio Angelorum qualis sit. 60.

Primatum in Ecclesia est Petri, ac successorum. 121.
Principalis causa sacramentorũ. 105.
Principatuum ordo alios in quo excedat. 59.
Prophetarũ sanctorũ laudos. 46. & 49
Prophetie omnium actuum uitæ, & mortis Iesu Christi. 77.
Propria cuiuscumque sacramenti nouæ legis. 112.
Prudentia quid sit, & eius officiũ. 96.

QVando Christus sacramenta instituit. 107.
Quid sit Sacramentum nouæ legis. 104.
Quare due persone diuine producantur. 103.

REmedium triplex contra infirmitatem hominum triplicem. 141.

SAbaot, nomen Dei. 41.
Sacerdotum sanctorum laudes. 47. & 51.
Sacramenta antiquæ, & noue legis cõformia sunt in aliquo. 104.
Sacramenta antiquæ & nouæ legis differunt

ferunt inter se. 104.
Sacramenta diuersa, diuerso tempore fuerunt. 104.
Sacramenta singula virtes fuerunt, & vicia auferunt. 109.
Sacraraentorum institutio conueniens fuit. 103.
Sacra scriptura est maxime autoritatis. 122.
Semhamphoras, nomen Dei. 39.
Sanctũ & terribile nomẽ &c. Psal. 110. introductorie declaratur. 39.
Sciadai, nomen Dei. 41.
Scientia sua Deus quomodo cognoscat omnia. 135.
Seraphim alios ordines in quo excedat. 58.
Simplicitas Dei quotuplex sit. 134.
Spes quid sit, eius effectus, & comparatio. 95.
Spiritus Sanctus quomodo producatur. 132.

TEtragrammaton, nomen Dei. 40.
Temperantia quid sit, & eius prę stantia. 96.
Thæsaurum Ecclesiæ vnde sit. 119.
Theologicevirtutes differũt ĩter se. 94

Thro-

Thronorum ordo alios in quo excedat. 58.
Traditiones canonicæ ſunt obſeruandæ. 121.
Trinus & vnus eſt Deus. 132.

VEruach accodes, nomen Dei. 40
Veſtigium ſumme Trinitatis relucet in creatis. 132.
Victores ſunt boni angeli contra malos. 61.
Viduarum ſanctarũ laudes. 48. & 51.
Virginũ ſanctarum laudes. 48. & 51.
Virtus aſſimilatur diuerſis. 33.
Virtus diuerſimodè diffinitur. 83.
Virtutũ ordo alios in quo excedat. 59.
Vna eſt Eccleſia tripliciter. 117.
Vnitas Dei qualis ſit. 131.
Vniuerſalis eſt Eccleſia, ſiue catholica. 118.
Vnus eſt Deus, omnium rector. 131.
Voluntas Dei qualis ſit. 136.
Voluntas humana ſemper eſt libera. 124.

# INDEX IIII.

## AVTORVM, QVORVM sententiæ in hoc opere conferuntur.

ABacuc Phopheta.
Alexander Papa.I.
Ambrosius Episc.
Amos Propheta.
Aristoteles Stag.
Athanasius Ep.
Augustinus Epis.
Beda Presb.
Bernardus Abb.
Ciprianus Ep.
Damascenus.
Daniel Pioph.
Dauid Proph.
Dionysius.
Ezechiel Proph.
Gregorius PP.
Hieremias Proph.
Hieronymus, Pres.
Hilarius.
Iacobus Apost.
Iob.

## INDEX AVTORVM.

Ioannes Apost. & Euang.
Iohel Proph.
Iosue.
Isaias Proph.
Isidorus.
Iudas Apost.
Leo PP.
Lib. Iudicum.
Lib. Hester.
Lib. Tobiæ.
Lucas Euang.
Macrobius.
Malachias Proph.
Marcus Euang.
Marcus T.Cicero.
Matteus Euang.
Micheas Proph.
Moises Proph.
Naum Proph.
Paulus Apost.
Petrus Apost.
Petrus lomb. Mag. sent.
Salomon.
Samuel & lib. Regum.
Seuerinus Boetius.
Vgo de S. Victore.
Zacharias Propheta.

Maiorum obtentu.

FINIS.